



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

4 De iis, quæ in Missa dicuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

quod in Missali admonetur, scilicet, ut Sacerdos ac-
tedat decenter vestitus, ita ut superior vestis talium
pedis attingat, quantum commode fieri possit. Ulti-
mo occurrebat hic dicendum de usu aliorum vesti-
mentorum sacerdotum, ut de his quibus uti debent
Diaconus, vel Subdiaconus in Missa solemnii, & simi-
libus. Sed in hoc nihil speciale occurrit dicendum, sed
solum servandam esse Ecclesie consuetudinem, & si
aliquid contingat omitti, cauendum esse scandalum,
vel contemptum, nam ex aliquo horum capitum facile
poterit peccatum mortale committi: alias vero
ferre semper erit veniale, nisi materia sit admodum
gravis, & quae nimiam aliquam irreuerentiam inclu-
dere videatur.

ARTICVLVS IV.

Vtrum conuenienter ordinentur, quae circa hoc sa-
cramentum dicuntur.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod inconueni-
enter ordinentur ea, quae circa hoc sacramentum dicuntur.
Hoc enim sacramentorum verbis Christi consecratur, ut Am-
brosius dicit in lib. de sacramentis. Non ergo debent aliqua in hoc
sacramento dici quam verba Christi.
2. Praeterea, Verba & facta Christi nobis per Euangelium
innotescunt. Sed quaedam dicuntur circa consecrationem huius
sacramenti, quae in Euangelio non ponuntur: non enim le-
gitur in Euangelio, quod Christus in consecratione huius sa-
cramenti oculos ad caelum leuauerit, similiter etiam in Euan-
gelio dicitur: Accipite, & comedite nec ponitur, omnes, cum in
celebratione huius sacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cae-
lum. & iterum: Accipite & manducate ex hoc omnes. Incon-
uenienter ergo huiusmodi verba dicuntur in celebratione huius
sacramenti.
3. Praeterea, Omnia sacramenta ordinantur ad salutem om-
nium fidelium. Sed in celebratione aliorum sacramentorum,
non fit communis oratio pro salute fidelium defunctorum. Er-
go inconuenienter fit in hoc sacramento.
4. Praeterea, Baptismus dicitur specialiter fidei sacramen-
tum. Ea ergo, quae pertinent ad instructionem fidei, magis debent
circa Baptismum tradi, quam circa hoc sacramentum, sicut
doctrina Apostolica, & Evangelica.
5. Praeterea, In omni sacramento exigitur deuotio fidelium.
Non ergo magis in hoc sacramento, quam in aliis deberet ex-
citari deuotio fidelium per laudes diuinas, & per admonitiones,
sicut cum dicitur: Sursum corda.
6. Praeterea, Minister huius sacramenti est Sacerdos, ut di-
ctum est. Omnia ergo, quae in hoc sacramento dicuntur, a Sa-
cerdote dici deberent, & non quaedam a ministris, quaedam a
choro.
7. Praeterea, Hoc sacramentum per certitudinem operatur,
virtus diuina. Superflue ergo Sacerdos petit huius sacramenti
perfectionem, cum dicit: Quam oblationem tu Deus in omni-
bus, &c.
8. Praeterea, Sacrificium nouae legis multo est excellentius,
quam sacrificium antiquorum Patrum. Inconuenienter ergo,
Sacerdos petit, quod hoc sacrificium habeatur, sicut sacrificium
Abel, Abrahae, & Melchisedech.
9. Praeterea, Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sa-
cramento per loci mutationem (ut supra dictum est) ita etiam
nec esse desinit: inconuenienter ergo Sacerdos petit: tube
hoc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare
tuum.
Sed contra est, quod dicitur de Conf. dist. 1. Iacobus frater
Domini secundum carnem, cui primum creditur est Hierosoly-
mitano Ecclesia, & Basilius Casariensis Episcopus addiderunt
Missae celebrationem. Ex quorum auctoritate patet conueni-
enter singula circa hoc dici.
Respondedo dicendum, quod quia in hoc sacramento totum
mysterium nostrae salutis comprehenditur, ideo praeter ceteris sa-

cramentis cuius maiori solemnitate agitur. Et quia scriptum est,
Eccles. 4. Custodi pedem tuum, ingrediens domum Domini,
& Ecclesiam. 18. Ante orationem prepara animam tuam, id
est ante celebrationem huius mysterii. primo quidem prae-
mittitur preparatio quadam ad agendam ea, quae sequuntur.
Cuius preparationis prima pars est laus diuina, quae fit in in-
troitu, secundum illud Psal. 49. Sacrificium laudis honorifi-
cabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et sumi-
tur hoc ut pluries de Psalmis, vel saltem cum Psalmis canta-
tur, quia, ut Dionysius dicit in 3. cap. Ecclesiasticae Hierar-
chie Psalmi comprehendunt per modum laudis, quidquid in
sacra Scriptura continetur. Secunda pars continet com-
memorationem presentis miseriae, dum misericordia petitur, di-
cendo, Kyrieleyson, ter quidem pro persona Patris, ter autem
pro persona Filij, cum dicitur, Christeleyson, & ter pro perso-
na Spiritus sancti, cum subditur Kyrieleyson, contra tripli-
cem miseriam, ignorantiam, culpam & poenam, vel ad significan-
dum, quod omnes personae sunt in se iuicem. Tertia autem pars
commemorat caelestem gloriam, ad quam tendimus post pre-
sentem vitam & miseriam dicendo: Gloria in excelsis Deo,
quae cantatur in festis, in quibus commemoratur caelestis glo-
ria: Intermittitur autem in officijs laetuosius, quae ad com-
memorationem miseriae pertinent. Quarta autem pars continet
orationem, quam Sacerdos pro populo facit, ut digne habeantur
tantis mysterijs. Secundo autem praeimitur instructio fide-
lis populi, quia hoc sacramentum est mysterium fidei, ut su-
pra habitum est. Quae quidem instructio dispositiue quidem
fit per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, quae in Eccle-
sia legitur per Lectores & Subdiaconos. Postquam lectionem
cantatur a Choro Graduale, quod significat profectum vitae,
& Alleluia, quod significat spirituales exultationem, vel
Tractus in officijs laetuosius, qui significat spirituales gemitum:
Hec enim consequi debent in populo ex praedicta doctrina:
Perfecte autem populus instruitur per doctrinam Christi in
Euangelio contentam, quae a summis ministris legitur, scilicet
a Diaconibus. Et quia Christo credimus tanquam diuina ve-
ritati (secundum illud Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare
non creditis mihi?) lecto Euangelio, Symbolum fidei cantatur,
in quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinam assentiri
Cantatur autem hoc Symbolum in festis, de quibus fit al-
liqua mentio in Symbolo, sicut in festis Christi & B. Virginis &
Apostolorum (qui hanc fidem fundarunt) & alijs huiusmodi.
Sic igitur populo preparato & instructo, consequenter accedi-
tur ad celebrationem mysterij, quod quidem & offertur ut sa-
crificium & consecratur & sumitur, ut sacramentum. Vnde
primo peragitur oblatio, secundo consecratio materia oblata.
Tertio eiusdem perceptio.

Circa oblationem vero duo aguntur, scilicet, laus populis
in cantu Offertorii (per quod significatur laetitia offerentium)
& oratio Sacerdotis, qui petit, ut oblatio populi sit Deo ac-
cepta. Vnde & 1. Paralipom. 29. dixit Dauid. Ego in simpli-
citate cordis mei laus obtuli vniuersa haec, & populum tuum,
qui hic receptus est, vidi eum ingenti gaudio tibi offerre do-
naria, & postea orat, dicens. Domine Deus custodi hanc vo-
luntatem. Deinde circa consecrationem, quae supernaturalis
virtute agitur, primo excitatur populus ad detestationem in-
presatione, vnde & m-nerur sursum corda habere ad Do-
minum. Et ideo, finita presatione, populus deuote laudat di-
uinitatem Christi, cum Angelis, dicens Sanctus, Sanctus,
Sanctus, & humanitatem, cum pueris dicens: Benedictus,
qui venit: Deinde Sacerdos secreto commemorat primo qui-
dem pro quibus hoc sacrificium offertur scilicet, pro vniuersa
Ecclesia, & pro his, qui in sublimitate constituti sunt. 1. Tim.
2. & specialiter quosdam, qui offerunt, vel pro quibus offertur.
Secundo commemorat Sanctos, quorum patrocinia implorat
pro praedictis, cum dicit, communicantes & memoriam
venerantes, &c. Tertio, petitionem concludit, cum dicit, haec
oblatio sit illis, pro quibus offertur; salutaris. Deinde ac-
cedit ad ipsam consecrationem, in qua primo petit conse-

Ca. 3. Eccl
Hier. in 3.
prim. & mo.

q. 78. art. 3.

De aonsec. d.
1. e. Iacob.
frater Do-
mini.



crations effectum, cum dicit, quam oblationem tu Deus, &c. Secundo consecrationem per agit per verba Saluatoris, cum dicit, Qui pridie, &c. Tertio, excitat presumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cum dicit, Vnde & memores, Quarto petit, hoc sacrificium per altum, esse Deo acceptum, cum dicit, Supra quae propitio, &c. Quinto petit huius sacrificij & sacramenti effectum. Primo quidem, quantum ad ipsum sumentes, cum dicit, Supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cum dicit: Memento etiam Domine, &c. Tertio specialiter quantum ad ipsos Sacerdotes offerentes, cum dicit, Nobis quoque peccatoribus. Deinde agitur de perceptione sacramenti, & primo preparatur populus ad percipiendum. Primo, quidem per orationem communem totius populi, (quae est oratio Dominica, in qua petimus, panem quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam specialiter Sacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quaesumus Domine, &c. Secundo preparatur populus per pacem, quae datur, dicendo: Agnus Dei Est enim hoc

q 87. ar. 1
9. 73 ar. 4
Ca 3. Ecles.
Hierar. non
multum pro
cul a sine.

Ad primum ergo dicendum, quod consecratio solis verbis Christi conficitur. Alia vero necesse est addere ad preparationem in cor. initio. nem populi sumentis, sicut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod sicut dicitur Ioann. ultimo. Multa sunt à Domino facta vel dicta, quae Euangelista non scripserunt. Inter quae fuit hoc, quod Dominus in cana oculos leuauit in caelum, quod tamen Ecclesia ex traditione Apostolorum habuit. Rationabile enim videtur, ut, qui in suscitatione Lazari (ut habetur Ioann. 11.) & in oratione, quam pro discipulis fecit, Ioannis 7. Oculos leuauit ad Patrem, in huius sacramenti institutione multo magis hoc fecerit, tanquam in repositiori. Quod autem dicitur: Manducate & comedite, non differt quantum ad sensum, nec multum refert, quod dicatur in presenti, cum verba illa non sint de forma, ut supra dictum est. Quod autem additur, omnes intelligitur in verbis Euangelij, licet non exprimat, quia ipse dixerat, Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.

Ad tertium dicendum, quod Eucharistia est sacramentum totius Ecclesiae vnitatis. Et ideo specialiter in hoc sacramento magis, quam in aliis, debet fieri mentio de omnibus, quae pertinent ad salutem totius Ecclesiae.

Ad quartum dicendum, quod instructio fidei est duplex. Vna, quae fit nouiter imbuendis, scilicet, Catechumenis, & talis instructio fit per Baptismum. Alia autem est instructio, quae instruitur fidelis populus, qui communicat huic mysterio, & talis instructio fit in hoc sacramento. Et tamen ab hac instructione non repelluntur etiam Catechumeni & infideles. Vnde dicitur de consecratione, distinctione 1. Episcopus nullum prohibeat ingredi in Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilem, siue Haereticum, siue Iudaeum, vsq; ad Missam Catechumenorum, in qua, scilicet, continetur instructio fidei.

Ad quintum dicendum, quod in hoc sacramento & maior deuotio requiritur, quam in aliis sacramentis (propter hoc, quod in hoc sacramento totus Christus continetur) & etiam communior: quia in hoc sacramento requiritur deuotio totius populi Christi, pro quo sacrificium offertur, & non solum per-

Alias circa
De cons. d. 1
e 64. Episcopus.

cipientium sacramentum sicut in aliis sacramentis. Et ideo, ut Cyprus dicit, Sacerdos in preparatione remissa parat fratrum mentes, dicendo: Sursum corda, ut dum responderet plebs: Habemus ad Dominum, admodumatur nihil aliud se, quam Deum, accipere debere.

Ad sextum dicendum, quod in hoc sacramento (sicut dictum est) tanguntur ea, quae pertinent ad totam Ecclesiam, & ideo quaedam dicuntur à Choro, quae pertinent ad populum. Quorum quaedam Chorus totaliter proficitur, quae, scilicet, toti populo inspirantur. Quaedam vero populus proficitur, Sacerdote inchoante, qui per sonam Dei gerit, in signum, quod talia per uenerunt ad populum: ex reuelatione diuina, sicut fides & gloria caelestis. Et ideo Sacerdos inchoat Symbolum fidei & gloria in excelsis Deo. Quaedam vero dicuntur per ministros, sicut doctrina veteris & noui testamenti in signum, quod per ministros à Deo missos, est doctrina haec populo annunciata.

Quaedam vero Sacerdos solus proficitur, quae, scilicet, ad proprium officium Sacerdotis pertinent, ut, scilicet, dona & preces offerat pro populo, sicut dicitur, Hebraeorum. In his tamen quaedam dicit publice, scilicet, quae pertinent, & ad Sacerdotem, & ad populum, sicut sunt orationes communes. Quaedam vero pertinent ad solum Sacerdotem, sicut oblatio & consecratio. & ideo, quae circa haec sunt dicenda, occulte à Sacerdote dicuntur. In vtriusque, tamen excipit, attendit, in populi, dicendo, Dominus vobiscum, & excipit assensum dicentium Amen. Et ideo etiam in his, quae dicuntur publice praemittit: Dominus vobiscum, & subiungit, Per omnia secula seculorum. Vel secrete aliqua Sacerdos dicit, in signum, quod circa Christi passionem, discipuli non nisi occulte confitebantur Christum.

Ad septimum dicendum, quod efficacia verborum sacramentorum impeditur potest per intentionem Sacerdotis. Nec tamen est inconueniens, quod à Deo petamus id, quod certissime scimus ipsum facturum: sicut Christus Iohannis testimonio primo, petit suam clarificationem. Non tamen videtur ibi Sacerdos orare, ut consecratio impleretur, sed ut nobis fiat fructuosa. Vnde signanter dicit, Ut nobis corpus & sanguis fiat. Et hoc significat verba, quae praemittit, dicens: Huius oblationem facere digneris benedictam, secundum Evangelij numerum, id est, per quam benedicamur, scilicet per gratiam adscriptam, id est, per quam in caelo adscribamur, ratam id est, per quam in visceribus Christi trahamur, rationabilem, id est, per quam à beatis sensu exanimur, acceptabilem, ut, qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius vnig. filio sumus.

Ad octauum dicendum, quod licet hoc sacramentum ex se ipso preferatur omnibus antiquis sacrificijs, tamen sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex earum deuotione. Perit ergo Sacerdos, ut sic hoc sacrificium acceptetur à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

Ad nonum dicendum, quod Sacerdos non petit, neque species sacramentales deserantur in caelum, neque corpus Christi verum, quod ibi esse non definit, sed petit pro hoc corpore mystico (quod, scilicet, in hoc sacramento significatur) ut, scilicet, orationes Sacerdotis & populi angelus assistens diuini mysterijs, representet, secundum illud Apocalyp. octauo. Ascendit sumus in censores de oblationibus Sanctorum de manus angeli. Sublime autem altare Dei dicitur, vel ipsa Ecclesia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipse Deus cuius participationem petimus: de hoc enim altari dicitur Exodus 17. Ascendit non facies. Vel per Angelum intelligitur ipse Christus, qui est magni consilij Angelus, qui corpus suum mysticum Deo Patri coniungit, & Ecclesiam triumphanti. Ex propter hoc etiam Missa coniungit, & per Angelum Sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per Sacerdotem, vel quia

Christus

Christus est hostia nobis Missa à Deo. Vnde & in fine Missa Diaconus in festiuis diebus populum licentiat, dicens, *Te Missa est: scilicet, hostia ad Deum per Angelum, scil. sit Deo accepta.*

DISPUTATIO LXXXIII.

De ritibus Missæ, quæ in verbis consistunt.

Hæreticorum
nimirum Mis-
sæ damnata.



Actenus diximus de his, quæ Missam antecedunt, seu illi extrinsecus adiacent, aut ad illam præparant: nunc dicendum sequitur de his, quæ in ipsa Missa fiunt, quæ possunt in verba & facta distingui, prout à D. Th. in hoc & in art. sequentibus distinguntur. Verba appellantur orationes omnes, quas Sacerdos inter sacrificandum profert, vel publice, vel secrete; item lectiones, benedictiones, & similia: facta vero appellamus, genus flexiones, manuum elevationes & alia signa, vel gestus; de quibus dicemus, disp. sequent. hic enim solum dicendum est de his, quæ in Missa recitantur.

SECTIO I.

Verum conueniens fuerit præter verba consecrationis, aliqua alia adiungi, quæ in Missæ sacrificio discernantur.

Hæretici, qui alias cæremonias reijciunt, multo magis has, quæ in varijs orationibus ac deprecationibus consistunt, & præsertim damnant canonem Missæ, quem erroribus referunt esse dicunt. Vnde ipsi existimant, nihil addendum esse his, quæ Christus in cœna fecit, & ita ipsi celebrare dicuntur cœnam Domitiam, legendo solum historiam Euangelicam de illa cœna: & panem aut vinum consecrando, distribuendo, ac fumendo: specialiter etiam inuehantur in quosdam peculiare ritus, quos Ecclesia seruat in his, quæ in Missa dicuntur, scilicet, quod non vitur lingua vulgari, quod non omnia alte proferuntur, sed quedam submisse, & similia, quæ postea dicemus.

Concilio
de fide cora.

Principio vero statuendum est, sancte & religiose potius Ecclesiam in celebratione huius sacrificij præter verba, quæ sunt de substantia illius, adiungere quædam alia, partim antecedentia, partim subsequenta, quæ vel ad Dei laudes & gratiarum actiones, vel ad populum instruendum in fide, vel ad deuotionem excitandam, vel eius petitiones, & vota Deo præsentanda, pertineant. Hæc est veritas certa de fide, quæ satis probatur traditione & vsu Ecclesiæ. Potest autem in primis in hunc modum ratione declarari: nam, si in huiusmodi verbis omnibus, quæ huic sacrificio adiunguntur, nihil est superfluum, id est, vel falsitatem continens, vel aliquid indecens diuinam maiestatem & reuerentiam, vsus talium verborum per se consideratus religiosus est, & sanctus: quod autem hæc verba coniungantur cum actuali & substantiali oblatione sacrificij Eucharistici, ita, vt totum id fiat per modum vnius moralis actionis sacræ, nihil etiam habet indecens, aut indecorum: ergo optime potuit Ecclesia huiusmodi ritum instituere. Consequenter certa est ex principio supra posito & significato à Paulo 1. ad Corint. 11. dicente: Cætera autem, cū venero, disponam, & declarato à Conc. Trident. sess. 21. c. 2. sic dedisse Christum Ecclesiæ potestatem, vt in sacramentorum dispensatione, substantia illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, vel ipsorum venerationi magis expedire iudicaret. Quamuis enim Concilium de sacramentis loquatur, sub illis sacrificium comprehendit, vt in superioribus dictum est: tum quia eadem est omnium ratio: tum etiam, quia vnum ex sacramentis ipsa actione sacrificandi conficitur, & ideo idem Concilium sessione 22. c. 4. 6. & à canone 5. vsque ad 9. definit, recte fecisse Ecclesiam hunc ri-

D Paul.

Con. Trin.

tum instituendo: supponit ergo Ecclesiæ datam esse hanc potestatem. Et confirmatur ex ipso vsu, quamquam enim quidam vocent hanc diuinam institutionem, non est tamen existimandum, Christum immediate per seipsum ita hæc instituisse, sicuti substantiam sacrificij: constat enim id esse falsum ex dictis supra, disp. 74. sect. 3. & quæ ibi citauimus. sed intelligendum est, hanc institutionem mansisse à Christo mediate, quatenus ipse dedit potestatem Apostolis, eam faciendi, & fortasse, quia etiam dedit præceptum generale ordinandi ea, quæ ad conuenientem vsum huius mysterij expedirent, quamuis modum & determinationem eorum eis reliquerit. Vel denique, quia credendum est, ipsummet Christum per Spiritum sanctum Apostolis, & Ecclesiæ inspirasse ea, quæ ad hunc ritum pertinent, vt videbimus. Maior propositio, prout in hoc discursu sumpta est, cum tantum sit condicionalis, per se nota ex terminis est, suppositis alijs principijs fidei: nam Deo gratias agere pro beneficijs acceptis, ex obiecto religiosum & sanctum est, & similiter orare Deum, instituire populum in rebus fidei, & similia: ergo si in his rebus seu verbis nihil falsum, vel superfluum miscetur, ex se honestus & sanctus erit eorum vsus: igitur solum superest, vt videamus, an in hoc ritu Ecclesiæ, huiusmodi conditio seruetur, quod statim præstabitur. Prius enim oportet alteram propositionem assumptam declarare, & confirmare: nimirum, si aliunde nihil est irreligiosum in huiusmodi verborum ritu, neque etiam reprehendi posse ex eo solum, quod cum substantia Eucharistici sacrificij coniungatur, & ad hoc ordinetur, vt illud sacrificium cum maiori decencia, & reuerentia Dei, nostraque maiori vtilitate fiat. Nam primo vnde potest in hoc malitia ostendi? nam ex sola natura rei hoc nullam habet inordinationem, cum totus ille ritus religiosus esse supponatur, & consequenter maximam conuenientiam habeat cum hoc sacrificio: est enim hoc sacrificium laudis, & gratiarum actionis, & ipsum per se est maximum Dei beneficium: optime ergo cum illo coniungitur gratiarum actio. Est item sacrificium impetratorium, & de se potens ad præstandam nostris petitionibus efficaciam: optime ergo cum illo coniunguntur petitiones & orationes, non solum pro offerentibus, sed etiam pro alijs, tam viujs, quam defunctis, quia omnibus hoc sacrificium prodesse potest. Est denique sacrificium hoc mysterium fidei, nouique testamenti confirmatio, & ideo aptissime cum illo coniungitur instructio Christiani populi, circa res fidei, seu eiusdem fidei professio: in his ergo ex natura rei nulla est inordinatio. Neque enim ex speciali prohibitione, vel diuina, vel Ecclesiastica: nulla enim talis ostendi potest, neque scripta, neque tradita, neque fuisse Ecclesiæ conueniens: quid enim vtilitatis in ea potest excogitari? Vnde è contrario possumus positivè argumentari, quia huiusmodi ritus orandi, & c. in hoc sacrificio, inspirante Spiritu sancto, ab ipsis Apostolis inchoatus est, & postea à Pontificibus, & Concilijs auctus & confirmatus: est ergo sanctus & religiosus. Antecedens patet primo ex illo Pauli, 1. ad Timoth. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, & c. Circa quem locum primo est obseruandum, dupliciter posse exponi: primo, vt illa quatuor verba, & præsertim tria priora, tanquam synonyma accipiantur, ita, vt illa repetitio solum facta sit ad exaggerationem, & vehementiam orationis, vt Theod. ibi significauit, & sumi potest ex similibus verbis Pauli, ad Philippenses quarto. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum, & ad Ephes. 6. Per omnem orationem & obsecrationem orantes: quæ expositio, probabilis est. Nihilominus tamen est secunda expositio, sicut illæ voces, tam

Sacrificium
Eucharistici
cum alijs sa-
crificijs lau-
dis & gratia-
rum actio-
nis.

Pauli testi-
monium ex-
penditur.
ad Tit. 2.

Latinæ

Latina, quam Græca diuerse sunt, ita & per illas aliquid diuersum significari, quod varie ab authoribus exponitur: quidam aiunt, obsecrationem esse, quando petimus liberari a malis, orationem, cum aliquid Deo vouemus: postulationem vero, cum pro alijs petimus: ita Calsian. coll. 9. c. 11. 12. & 13. Sed hoc non placet D. Tho. neq; habet fundamentum, vt ex dicendis patebit. Alij obsecrationem exponunt etiam esse supplicationem, quæ fit, vt liberemur à malis: nam vox Græca *δέησις* hoc proprie significat: orationem vero esse bonorum petitionem, Græce *πρόσευξις*, postulationes vero esse interpellationem, seu querimoniam, qua apud Deum conquerimur de his, qui nos iniuria afficiunt, vel ad malum impellunt: nam vox Græca *ἐπινοήσις*, hoc etiam proprie significat. Ita fere Chrysoit. Theop. Oecum. Theod. Aliter D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 17. hæc quatuor distinguit: nam per orationem dicit significari, eleuationem mentis in Deum, quæ ad petitionem necessaria est, per postulationes vero, petitionem cuiuscumq; rei seu beneficij, prout nomen ipsum sonat: obsecrationem vero esse orationem aliquam, quam Deo proponim⁹, ad obtinendum ab illo aliquid, vt cum Ecclesia orat (Per natiuitatem tuam, &c.) gratiarum actio per se nota satis est: ait vero D. Thomas adiungit petitioni, vt rationem ex parte nostra ad obtinendum à Deo aliquid beneficij: & hæc accommodat D. Thomas ad quatuor Missæ partes, cum Glossa ordinaria 1. ad Tim. 2. Sed illa Glossa plane loquitur, iuxta mentem Aug. qui epist. 56. ad Paulin. illa quatuor accommodat ad quatuor Missæ partes, vt videbimus; tamen, quid illa significant obscurissime exponit: videtur tamen per obsecrationem intelligere petitiones, quæ absq; vlla oblatione fiunt, per orationes vero, petitiones, quæ fiunt cum aliquo voto seu oblatione, iuxta vim Græcæ vocis, *δέησις*, votum significat, vnde, *προσευξις* id est, oratio, quæ ad votum, seu cum voto vel oblatione fit: postulationes autē seu interpellationes non exponit Aug. quid sint, sed solum ait, tunc fiunt, cum populus à Sacerdote benedicitur: Tunc enim Antiphones velut Aduocati susceptos suos per manus impositionem misericordiam offerunt potestati: indicare ergo videtur, interpellationem esse, quando post petitionem factam ad aliquod votum Deo oblatum ad petitionem obtinendam, vehementius orationi inhiatur, & familiarius cū Deo agitur ad impetrandū, quod postulatū est. Sunt præter hæc aliarum horum verborū interpretationes, sed ad rem præsentem hæc sufficiunt.

Theodor.

Cassiodori
expositio
ij. iij.

August.

Secundo ob-
seruandum.

Chrysoit.

vice: idcirco ait: obsecratio igitur, &c. & infra dicit: hoc esse faciendum in obsequio quotidiano perpetuoq; diuini religionis ritu, & inferius hoc apertius declarans, dicit, ex eo loco colligi: Sacramentorum tempore etiā pro gentilibus oportere orare, seu orare, quia Reges tunc gentiles adhuc erant. Quam expositionem sequuntur Theoph. Oecumen. & alij Græci: & innuatur ad Prospero, lib. 1. de vocat. Gent. c. 4. qui hunc locum exponunt de cōmuni Ecclesiæ oratione: & idem significat Ambrosio, lib. 6. de sacramentis, capite ultimo, & Tertullianus in libro ad Sab. cap. 2. dum alludens ad hunc locum, dicit: Sacrificamus profalute Imperatoris. Latius & distinctius Aug. dicit epist. 59. vbi, quatuor illa, quæ Paulus numerat, quatuor partibus Missæ accommodat, & obsecrationes fieri dicit in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in Domini mensa, incipiat benedictiones, cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum cōminuitur: quia scilicet, tunc est oblatio. Quam partem [ait] fere omnis Ecclesia Dominica oratione concludit: vnde in reliqua parte, vsq; ad cōsumptionem sacramenti sentit, fieri postulationes, seu interpellationes. Vnde subiungit: Quibus peractis, & participato sacramento gratiarum actio cuncta concludit. Quæ distributio eit probabilis, & placet Diuo Thomæ loco supra citato. Fortasse tamen non minus probabiliter dici potest, illa omnia fieri in mysterio Missæ promissæ, nunc petendo, nunc obsecrando, nunc iterū atq; iterum gratias agendo: nā ante cōsecrationem etiam reperimus non tantum obsecrationes, sed etiā petitiones varias, in Collectis, & laudes Dei in Introitu & alijs versiculis, & præsertim in illo Hymno Ecclesiastico (Gloria in excelsis), & in Præfatione. Videtur enim Ecclesia in hoc imitata diuinum Spiritum, quo ipsa regitur, sicut enim Spiritus sanctus hominem orantem, & aliquot tempore cū Deo colloquentem & familiarius agentem, nunc ad suorum peccatorum confessionem, nunc ad diuinas laudes, nunc ad aliquid petendum, vel obsecrandum mouere: postea vero ad gratiarum actionem redire, & iterum ad peccatorum conuersionem, prout ipse vult, & inspirat. Ita ergo in hoc sacro mysterio Ecclesia fecisse videtur, & ex illa varietate gratissimū Missæ officium cōposuisse. Vt cum vero exponam⁹, constat ex Paulo, adiuuentis Sanctorum expositionibus, hunc morem cōiungendi, hunc ritum orandi cū substantia sacrificij, esse antiquissimum & probatissimū in Ecclesia. Id quod etiam constat ex Liturgijs Græcis & Latinis, quæ partim tomo quarto Bibliothecæ Sanctæ referuntur: Latius vero Pamel. cōgessit: præsertim vero ex Liturgijs Iacobi, Basilij & Chrysothomi, quorum testimonio vtitur sexta Synodus. Item constat antiquitas huius ritus ex Dionysio, capite 5. de Ecclesiastica Hierarchia. Clemens lib. 1. Constit. Apost. c. 54. & lib. 8. cap. 5. Iustino Apolog. 2. pro Chrysothom. Cyrillo. Hieros. Catech. 5. mystag. Tertul. toto lib. de Orat. Chrysoit. homil. 18. in 2. ad Corinth. Ambrosio. lib. 4. de sacram. cap. 11. & ex alijs, quos statim commemorabimus, aliquid in particulari dicēdo de singulis partibus huius ritus, neq; contra hanc veritatem, ita generatim sumptam, aliquid video ab hæreticis obijci, quod nostrā responsione dignum sit.

Dico secundo: In toto verborum, seu deprecationum ritu, quem nunc Ecclesia in Missa obsecrat, nihil est, quod ab Apostolica doctrina alienum, aut quod ab antiqua traditione originem non ducat, aut, quod ad pietatem & religiosum Dei cultum non pertineat. Hæc conclusio expressis verbis solum definitur à Concilio Tridentino, quoad Canonem Missæ: est autem certissima, etiam quoad ea, quæ antecedunt & subsequuntur. Potest autem tripliciter probari: primo, ratione generali desumpta ex dictis in præcedenti conclusione: quia in toto hoc ritu, prout nunc fit, nihil reperitur, quod non permittat ad aliquam ex illis quatuor partibus orationis, quas Paulus

Theoph.

D. Thom.

ambrosio

Chrysoit.

Cyrrillo

ambrosio

ambrosio

ambrosio

ambrosio

ambrosio

ambrosio

Paulus

Paulus in predicto loco ponit, nisi fortasse sacra lectio epistolae ad Evangelium quae & ad orationem reduci potest, quatenus per eam mens ad divina eleuatur, & quauis sit diuersa ad pietatem pertinet, & ad populi instructionem de diuinis rebus: & antiquissima est, vt colligi potest ex Paulo 1. ad Cor. 14. dicente: Cui conuenitis, vnusquisque vestrum Psalmum habet, & doctrinam habet apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Et Iust. Martyr, quasi exponens haec verba; dicta Apol. 2. inquit: Die solis vrbianorum ac rusticorum ceteris fuit, vbi Apostolorum, Prophetarumque litterae, quoad fieri poterit, praeleguntur: deinde cessante lectore, & Praepositis verba facit adhortatoria.

Secundo probari potest haec veritas, discurrendo breuiter per singulas partes huius ritus: quod vt distinctius faciamus, distinguamus prius duplicem Missam, seu duplicem huius ritus partem. Prior dicitur Missa Catechumenorum, quae durat a principio Missae vsque ad Euangelium, vel Symbolum inclusiue: quia ad eam Catechumeni admittuntur, & in fine illius dimittebantur: reliqua vero pars, a prima oblatione vsque ad finem Missae dici potest Missa fidelium: quia tantum hi, quosidem per baptismum professi fuerant, illi assistere permittuntur, vt ex August. Cyril. & alijs Patribus supra notauimus disput. 74. sect. 3. & alia statim afferemus.

Circa Missam ergo Catechumenorum est aduertendum, in illius initio praemitti confessionem peccatorum & breues quasdam orationes, quae ad maiorem sacerdotis, & populi preparationem pertinent: quod, & per se pertinet ad reuerentiam Deo debitam, & est consentaneum consilio Sapientis, Prover. 18. Iustus in principio accusator est sui, & conferre potest ad accedendum ad altare, cum maiori conscientiae puritate. Incipit ergo sacerdos ab illo versiculo Psal. (Introibo ad altare Dei) vt significat Gregor. Nazianz. orat. 28. sub fin. & Ambros. li. 4. de sacramen. c. 2. finito autem toto illo Psal. 42. confessionem generalem dicit: cuius authorem fuisse Damasum Papam, refert Platina in vita eius: alij vero Pontiano Papae id adscribunt, vt Berno li. de officio Missae, capit. 25. tamen fere in sensu similis confessio reperitur in Principio Missae Iacobi. Vnde totam hanc partem esse antiquissimam constat ex Micrologo, lib. de Eccles. Obseruat. capit. 23. & Rudolpho, lib. de Canonis obseruantijs, proposit. 23. Secundo sequitur Introitus: ita appellatus, vel quia in eo Missa inchoatur, vel certe, quia, dum a choro cantatur, sacerdos ad altare ingreditur. Est autem sciendum, Apostolorum tempore solitus fuisse eo tempore, quo fideles ad mysteria peragenda conueniebant, plures Psalmos cantari in laudem Dei, vt ex Liturgijs antiquis constat, ex Dionys. c. 3. de Eccles. Hierarch. vbi ait: Psalmos comprehendere per modum laudis, quidquid in sacra Scriptura continetur. Postea vero loco illorum positus est introitus: quo etiam dicitur significari aduentus Christi in hunc mundum, seu antiqua desideria veterum Patrum de aduentu eius: vt notat Maximus Monach. in exposit. Liturg. Rupert. Innocent. & fere alij, qui de officijs Ecclesiasticis scribunt, ac denique Raban. lib. 1. de institut. Clericor. cap. 30. Bene (inquit) in ingressu sacerdotis concorrentibus choris auditur modulatio diuinam laudis, vt dominicae celebrationis mysteria, ministrorum praecedat consonantia, & corporis & sanguinis Christi venerabile sacramentum, antecedit dignam laudis sacrificium. Quando vero inceperit haec consuetudo, non satis constat: quidam existimant inceperit a temporibus Coelestini Papae: nam, vt Alcuinus & alij scriptores de rebus Ecclesiasticis referunt, Coelestinus instituit Psalterium in Missae initio recitari seu cantari: quod ita exponit Amalar. lib. 3. de Eccles. officijs, c. 5. instituisse videlicet, vt antiphonae ex omnibus Psal. sumerentur, quae in Missae initio dicerentur. Tamen, quod hoc fuerit in vsu, etiam ante Coelestinum, col-

ligi potest ex Casian. lib. 3. Instit. capit. 11. Coelestinus ergo fortasse antiquum vsum ad nouam formam redegit, quando vero coeperit hic vsus, prout nunc in Ecclesia seruatur, non satis constat, quod non eleuat, sed confirmat potius auctoritatem eius: nam si-gnum est, rem esse antiquissimam.

Tertio (Kyrie, & Christe eleyson) nouies repetit sacerdos, quem vsum esse antiquissimum constat ex Liturgia S. Iacobi, & ex Vasensi Conc. sub Leone I. Can. 3. vbi praecipitur ad Matutinum, & ad Missas, & Vesperam, Kyrie eleyson dici: quia in sede apostolica & per totas Orientales, atq; Italiae prouincias, & dicitur, & nimirum salubris consuetudo in omnia est, vt Kyrie eleyson frequentius cum grandi affectu & con-punctione dicatur & eandem conuentionem indicat Aug. epist. 178. circa finem, vbi & vocem interpretatur, scilicet (Domine miserere) & rationem reddit: cur Graeca voce, vbiq; proferatur. Clarius Greg. vbi tam in Graeca, quam in Latina Ecclesia ait esse hunc morem dicendi in Missa (Kyrie eleyson) tamen diuerso modo, quia inter Graecos simul sacerdos, & populus haec dicunt: inter Latinos vero prius sacerdos incipit, & populus respondet: item Graeci non addunt (Christe eleyson) sicut Latini, qui in Missis etiam quotidianis (Kyrie eleyson, & Christe eleyson) dicunt, vt in his deprecationis vocibus paulo diutius occupentur. Denique D. Thom. hic reddens rationem huius ritus, ait, recte post laudem diuinam, quae fit in introitu, sequi commemorationem & recordationem propriae miseriae, & diuinam potentiam, & gratiam, hoc autem fit toties repetitis illis vocibus ad confessionem Trinitatis, contra triplicem miseriam: ignorantiae, culpae, & poenae: vel contra nouem genera peccatorum, vt la-tius Innoc. lib. 2. de hoc mysterio, c. 19. de quo plura apud Duran. in Rationali, lib. 4. c. 12. & alios scripto- res de Ecclesiasticis officijs: & Turrecrem. in c. Iacobus, de Consecr. d. 1.

Quarto additur hymnus (Gloria in excelsis) quem Angeli inchoarunt, & Ecclesia consummavit: rotundusque est plenus diuinis laudibus, gratiarum actione & deprecatione: coepit autem haec consuetudo a Telesphoro papa, vt Damasus refert in Pontif. cap. 9. & colligitur ex epist. 1. Telesphor. quamuis ibi solum dicatur, vt in Missis noctis Natiuitatis hymnus Angelicus decantetur: & inferius additur, Ab Episcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore & loco in Missarum solemnij celebrandus est, atq; solemniter recitandus: vbi (vt existimo) specialiter nominat Episcopum: quia ad illum maxime spectat, Missas celebrare: non quia ab eo solum dicendus esset ille hymnus, sed etiam a quolibet sacerdote. Rursus ibi solum fecit mentionem Angelici hymni, qui continetur illis solis verbis, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis: reliqua vero non constat esse addita a Telesphoro, sed vel ab Hilario: vt Alcuinus, de diuin. officijs, c. de Celebrat. Missae, Berno & Hugo Victorin lib. 2. de sacramen. vel a Symmacho Papa, vt sentit Berno de Officio Missae, c. 25. Inno. vero II lib. 2. de Mist. Miss. c. 20. potius existimat, totum hymnum fuisse a Telesph. completum dicens: Symmachum praecipisse, vt die Dominico, & in Natalitij Martyrum, in Missis decantaretur. Si tamen fides adhibenda est (vt reuera est) ijs, quae scribit Clemens, mens, lib. 7. Constat. cap. 57. & 58. potius dicendum est, illum ab Apostolis fuisse compositum: nam totus fere ibi recitatur, quamquam in Conc. Tolet. III. cap. 12. in Communi dicatur: Ecclesiasticos Doctores illum composuisse. Vtrumque vero sit, constat, eum morem, & antiquissimum & sanctissimum esse: cur autem in Missis pro defunctis, & in diebus Inuentus, & ieiuniorum, & in communibus ferijs hymnus hic non dicatur, attigit hic D. Thomas, & in 4. distinct. 23. quia, scilicet, in hoc hymno commemoratur, coelestis gloria, quae merito recitetur, quando iugetur propria miseria. Quae ratio satisfacit, quo ad priorem partem

Iust. Mar.

August. Cyrilus. Quaedam aduertenda.

Gregor. Nazianz. Ambros. Platina.

Rudolph.

Dionys.

Maxim. Rupertus. Innocent. Raban.

Alcuinus.

Amalar.

Con. Vasen.

Gregor.

D. Thom.

Innocent. Durand. Turrecr.

Alcuinus. Hugo Vict. Berno.

Clemens.

Con. Tolet.

partem, & sumitur ex capit. Hi duo, de Consecrat. distinctione 1. In capite autem sequente, fit exceptio feriae in cena Domini, in qua hymnus Angelicus canitur propter sacrificij institutionem eo die factam: quoad posteriorem vero sumi potest ex capit. Consilium de Celebrat. Missarum: scilicet, ut inter communes dies & solemnitates differentia ostendatur. Propter quam rationem ibidem dicitur, hunc hymnum non esse dicendum in Missis votiuus, etiam Beatae Virginis, quod tamen hodie non est in usu iuxta Missale Romanum: nam in Missis votiuus B. Mariae, & Angelorum dicitur, non vero in alijs, nisi ex aliqua graui causa.

Quinto,

Quinto post hymnum Angelicum, salutat sacerdos populum, dicens (Dominus vobiscum) Cuius salutationis exempla habemus in lege veteri. Ruth. 1. & 2. Paral. 15. Potest vero dici quodammodo propria legis gratiae; in qua post susceptam carnem peculiari modo, Deus hominibus dominatur: antea enim demon quodammodo dominatum obtinebat, quod ex Dionysio notauit Anastas. Sinaita. lib. 7. Hexameron, adducens, illud Psal. 8. Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? & illud Psal. 117. Benedictus, qui venit in nomine Domini: & illud Ioan. 20. Dominus meus & Deus meus: & illud Lucae 1. Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? & alia multa similia: iuxta quam considerationem, dicere possumus, salutationem hanc etiam fuisse ab Angelo inchoatam, cum Virgini dixit, (Dominus tecum.) Est autem haec salutio antiquissima, ut constat ex Dionys. c. 3. de Ecclesiast. Hierar. vbi, dignissimam, illam appellat, sanctam, mysticam, & supramundanam. Ad quam eleganter alludit Aug. 15. de Ciuit. c. 11. dicens, Non omnes cum illo sunt eo modo, quo ei dictus est: Ego semper tecum (Psal. 72.) neque ipse cum omnibus eo modo quo diximus, Dominus vobiscum. quam esse ab Apostolis institutam dicit Con. Brach. II. c. 21. vbi haec salutio sic legitur, (Dominus sit vobiscum) tamen in c. Hoc quo, de Conf. dist. 1. Sother vel Anacletus Papa, illam proponit, prout est in usu Ecclesiae: ubi quoque Glossa aduertit, Episcopos, prima Missae salutatione, loco huius solere dicere (Pax vobis) quia haec fuit prima vox Christi ad Episcopos post resurrectionem quod etiam esse in Ecclesia antiquissimum, constat ex Liturgijs Iacobi & Basilij, & ex Cyrillo, libro 12. in Ioan. c. 14. & ex Ambrosio, lib. de Dignitat. Sacerd. c. 5. & Chrysof. Homil. 33. in Mat. & Hom. 3. ad Coloss. de quo illud memoriae prodicium est: etiam post mortem, cum corpus eius a Proclo Patriarcha in throno esset collocatum, salutasse populum, dicendo, Pax vobis. Niceph. lib. 14. hist. capit. 43. Ad praedictam autem sacerdotis salutationem, minister seu populus responderet (Et cum spiritu tuo) qui usus etiam est antiquissimus, ut patet ex eisdem Liturgijs, & Patribus, & ex Chrysof. Homil. 36. in 1. ad Corinth. & 18. in 2. ad Corinth. Bene precatur (inquit) sacerdos populo: & bene precatur populus Sacerdoti: nam, Cum spiritu tuo, nihil aliud est, quam hoc. & ex Isidoro Pelusota, epist. 122. & Petro Damiano, epist. 12. quae alias inscribitur liber (Dominus vobiscum) cap. 4. & 13.

August.

August. 15. de Ciuit. c. 11. dicens, Non omnes cum illo sunt eo modo, quo ei dictus est: Ego semper tecum (Psal. 72.) neque ipse cum omnibus eo modo quo diximus, Dominus vobiscum. quam esse ab Apostolis institutam dicit Con. Brach. II. c. 21. vbi haec salutio sic legitur, (Dominus sit vobiscum) tamen in c. Hoc quo, de Conf. dist. 1. Sother vel Anacletus Papa, illam proponit, prout est in usu Ecclesiae: ubi quoque Glossa aduertit, Episcopos, prima Missae salutatione, loco huius solere dicere (Pax vobis) quia haec fuit prima vox Christi ad Episcopos post resurrectionem quod etiam esse in Ecclesia antiquissimum, constat ex Liturgijs Iacobi & Basilij, & ex Cyrillo, libro 12. in Ioan. c. 14. & ex Ambrosio, lib. de Dignitat. Sacerd. c. 5. & Chrysof. Homil. 33. in Mat. & Hom. 3. ad Coloss. de quo illud memoriae prodicium est: etiam post mortem, cum corpus eius a Proclo Patriarcha in throno esset collocatum, salutasse populum, dicendo, Pax vobis. Niceph. lib. 14. hist. capit. 43. Ad praedictam autem sacerdotis salutationem, minister seu populus responderet (Et cum spiritu tuo) qui usus etiam est antiquissimus, ut patet ex eisdem Liturgijs, & Patribus, & ex Chrysof. Homil. 36. in 1. ad Corinth. & 18. in 2. ad Corinth. Bene precatur (inquit) sacerdos populo: & bene precatur populus Sacerdoti: nam, Cum spiritu tuo, nihil aliud est, quam hoc. & ex Isidoro Pelusota, epist. 122. & Petro Damiano, epist. 12. quae alias inscribitur liber (Dominus vobiscum) cap. 4. & 13.

Con. Brach.

Con. Brach. II. c. 21. vbi haec salutio sic legitur, (Dominus sit vobiscum) tamen in c. Hoc quo, de Conf. dist. 1. Sother vel Anacletus Papa, illam proponit, prout est in usu Ecclesiae: ubi quoque Glossa aduertit, Episcopos, prima Missae salutatione, loco huius solere dicere (Pax vobis) quia haec fuit prima vox Christi ad Episcopos post resurrectionem quod etiam esse in Ecclesia antiquissimum, constat ex Liturgijs Iacobi & Basilij, & ex Cyrillo, libro 12. in Ioan. c. 14. & ex Ambrosio, lib. de Dignitat. Sacerd. c. 5. & Chrysof. Homil. 33. in Mat. & Hom. 3. ad Coloss. de quo illud memoriae prodicium est: etiam post mortem, cum corpus eius a Proclo Patriarcha in throno esset collocatum, salutasse populum, dicendo, Pax vobis. Niceph. lib. 14. hist. capit. 43. Ad praedictam autem sacerdotis salutationem, minister seu populus responderet (Et cum spiritu tuo) qui usus etiam est antiquissimus, ut patet ex eisdem Liturgijs, & Patribus, & ex Chrysof. Homil. 36. in 1. ad Corinth. & 18. in 2. ad Corinth. Bene precatur (inquit) sacerdos populo: & bene precatur populus Sacerdoti: nam, Cum spiritu tuo, nihil aliud est, quam hoc. & ex Isidoro Pelusota, epist. 122. & Petro Damiano, epist. 12. quae alias inscribitur liber (Dominus vobiscum) cap. 4. & 13.

Sother.

Ann. Pap.

Cyrril.

Iacobus.

Basilius.

Ambros.

Chrysof.

Nicepho.

Isidorus

Damian.

Sexto.

Durand.

Con. Arel.

Cass.

Sexto subiungit publicam orationem, quae Collecta vocari solet, de qua appellatione multa congerit Durand. lib. 2. de ritib. Ecclesiast. c. 16. probabilis est illa deductio, quod (Collecta) dicatur, quia nomine totius populi in vnum collecti fundatur: vel quod omnium petitiones compendiose colligat: ut ait Hug. Victorin. lib. 2. de Officijs Eccles. c. 16. vnde in c. Conuenit, de Consecrat. dist. 5. ex Concil. Arelat. c. 30. Collationes, seu Collectiones dicuntur, & apud Cass. lib. 2. Instit. capit. 3. legitur. Cum is, qui orationem collecturus est, surrexerit, alij surgant, &c. & inf. Qui precem colligit, &c. vel certe (Collecta) vocatur, quod per eam omnium audientium animi ad Deum colligantur: vnde sacerdos praemittit (Oremus) de quo

August. epist. 107. ad Vitalem. Vbi audieritis sacerdotem Dei ad eius altare populum hortantem ad orandum, non respondebitis, Amen. & Chrysof. Homil. 16. in 2. ad Corinth. Quin precibus viderit quis populum multum simul offerre: communes enim preces a sacerdote & ab illis sunt, & omnes vni dicunt orationem. In nonnullis vero Collectis, & quibusdam specialibus diebus luctuosis, & ad poenitentiam deputatis post (Oremus) ante orationem dici solet (Flectamus genua) & statim (Leuate), quam consuetudinem esse valde antiquam constat ex Basilio, libro 2. de Spiritu sancto, c. 26. dicente: Quoties genua flectimus, & rursum erigimus, re ipsa ostendimus, quod propter peccatum in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius, qui condidit nos ad caelum, reuocati sumus. Denique sequitur oratio, quae esse solet, vel vna tantum, vel tres, vel quinque, vel ad summum septem. Vna quidem necessaria est: & sola intererum dicitur propter solemnitatem: tres vero, quinque ad septem, propter varias petitiones, aut commemoraciones faciendas: ultra eum vero numerum non solent multiplicari, ut aliquid sit fixum & certum: nec licet vnicuique in infinitum progredi: nam ut dici solet, numero Deus in pare gaudet, & Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, numerum imparem mundum esse dicit: & ternarius orationum Trinitati conuenit: vel trinx orationi Christi in horto. Quinque vero orationes dicuntur interdum, propter quinque partium Domini passionem, ut ait Innoc. li. 2. de hoc myt. c. 23. Septem autem dici possunt propter septiformem Spiritus sancti gratiam, vel quia oratio Dominica septem petitionibus concluditur, ut ait Durand. in Ration. li. 4. c. 15. Concluduntur autem haec orationes illa adiuratione seu obsecratione (Per Dominum nostrum) & ut firma sit spes impetrandi, iuxta illud Ioan. 16. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; & quia Christus est vnice mediator, propter cuius meritum omnia nobis donantur: de qua re, & de hac Ecclesiae consuetudine, plura dixi in to. agens de Christi merito, ad q. 19. D. Thom. vnde haec oratione in Concilio Carthag. II. cap. 13. praecipitur, ut, cum altari assisitur semper ad patrem dirigatur oratio, ut in filio, seu per filium concludatur: cui autem ad Patrem oratio dirigitur, non excluduntur aliae personae, sed vnitas Deitatis indicatur, vnde notauit Fulgent. lib. 2. ad Monym. Interdum aliqua oratio aliter solet concludi pro sensus commoditate, & verborum consecutione: semper tamen fit aliqua Christi commemoratio, & totius Trinitatis coeque, & diuinae gloriae, ac vitae perpetuae commemoratio, in verbis illis: Per omnia secula seculorum.

Quae verba esse antiquissima, praeter antiquas Liturgias, constat ex Irenaeo, libro 1. contra haeres. capit. 1. vbi refert, Valentinianos voluisse deliramenta suorum errorum confirmare ex verbis, quibus nos in gratiarum actionibus vtimus, dicentes: In secula seculorum. Ex quo idem sumpsit Epiphanius haeres. 31. significatur autem aeternitas illo dicendi modo quia omnia secula in se concludit, & excedit, & superat: tum perfectione: tum etiam duratione, ut summi potest ex Augustino in Psal. 71. Hieronymo ad Galat. 7. Inno cent. lib. 2. de hoc myt. cap. 26. Finita autem oratione, populus respondet (Amen) quae vox Hebreae est, & interdum ad affirmandum adhibetur: Sic Christus saepe dicit (Amen amen dico vobis) id est, est, vere ita est, ut interpretatur Isidor. lib. 6. Etymolog. cap. 18. ex Origene, tract. 35. in Matth. & Hieronymo, epist. 137. ad Marcellam, & hoc sensu legitur in Liturgijs antiquis: hinc verbis consecrationis, fideles solitos esse respondere (Amen), quod non potest tunc esse verbum optandi, sed affirmandi & credendi, ita esse. Vnde Ambros. lib. de ijs, qui imitantur, c. 9. Post consecrationem, corpus & sanguis Christi nuncupatur, & dicit, Amen, hoc est, verum est: Interdum veto adhibetur ad consentiendum orationi, idem.

Iul I
Iustinus.
Hieronym.
Bernard.

Tertullia.

Septimo.

Con Brach.

Innocent.
Rupertus.

Ottavo.

Rabanus.
Isidorus.

Gregorius.

idem q̄ optandum seu petendum : & hoc sensu adhibetur in hinc orationum ita vt sensus sit (fiat) sicut interpretatur Iul. I. epist. pro Athanasio, cap. 1. Iustinus, Apol. 2. Hieronym. supra, & epist. 13. ad Sophron. & Bernard. ser. 7. in Cena Domini. Et hoc modo Deut. 27. populus ad maledictiones respondet (Amen) : & 1. Parap. 16. Benedictus Dominus Deus Israel, ab æterno, v̄q̄ in æternum, & dicat omnis populus, Amen. Sicutiam Paulus 1. ad Cor. 14. Si benedixerit spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuam benedictionem ? ex quo loco constat, hunc modum respondendi esse antiquissimum in Ecclesia: quod etiam constat ex Iustino supra, & Augustini quem supra citavi, epist. 106. Hieronymo lib. 2. in epi. ad Galatas in eius præfatione. Tertull. lib. de Spectacul. cap. 25.

Septimo. Septimo in suo ordine sequitur lectio alicuius epistolæ sumptæ, aut ex Testamento veteri, aut ex epistolis Canonicis noui Testamenti : qui mos cœpit à temporibus Apostolorum, vt constat ex eorum Canone 9. & ex Dionysio, & Iustino, locis sæpe citatis, Clem. lib. 2. c. 61. Et prius quidem, quam scriberetur nouum Testamentum, legebantur libri Moyis, aut Prophetarum, vt ex eisdem Patribus constat : postea vero legi cœperunt epistolæ ab Apostolis scriptæ, vel à Clemente, vt constat ex eodem supra, & ex Hieronymo, lib. de Scriptorib. Ecclesiasticis, in Clemente qui etiam in Polycarpo scribit, epist. eius ad Philipp. vsq̄ ad sua tempora in Aſiæ conuentu legi solitam, quamuis non constet, huiusmodi lectionem factam esse tempore Missæ: sicut, quod Paulus ait ad Coloss. 4. Cum lecta fuerit apud vos epist. hæc, facite, vt & in Laodicensium Ecclesiæ legatur: & 1. ad Theosal. 5. Adiuo vos per Diaconum, vt legatur epist. hæc omnibus sanctis fratribus. Hæc, inq̄, non est necesse intelligi de lectione, quæ fit in Missa. Inde non sumitur argumentum ad probandum & confirmandum ritum, quem nunc feruat Ecclesia, de quo videtur loqui Damascus, cum in 2. ad Hierony. epist. scribit, die Dominica Apostoli epistolam esse legendam: & idem constat ex Augustino, sermone 236. de tempore, & serm. 10. de verbis Apostoli: & ex Ambrosio, epist. 33. & idem est frequens apud alios antiquos Patres. Clarius in Concil. Brach. I. Can. 20. Placuit, vt per solemniem dierum Vigiliis, vel Missis, omnes easdem & non diuersas lectiones in Ecclesia legantur. Plura de hac lectione, cur se antecedit Euangelium : & cur interdum ex nouo, interdum ex veteri Testamento sumatur, & alia similia, legi possunt in Innocent. libro 2. de hoc myst. cap. 29. Rupert. lib. 2. ca. 24. & aliis Scriptoribus de diuinis officiis.

Ottavo. Ottavo, post epistolam versus aliquis seu antiphona interponi solet, quæ interdum lugubria sunt, quando animi sunt ad timorem, vel penitentiam excitandi : interdum vero sunt lætiora, iuxta temporum & festiuitatū exigentiam: ex his autem versiculis primus (Graduale) vocatur: quia iuxta pulpiti gradus cantatur, vel propter alias rationes mysticas, quæ legi possunt in Innocent. li. 2. c. 31. & Raban. lib. 1. de institut. Cleric. c. 36. & aliis: alia vocantur (Responsorialia) quia vno canente chorus respondet, ait Isid. lib. 6. Etymol. c. 18. & li. 1. de Eccles. officiis, c. 8. Est autem hic aduertendum in Concilio Tolet. IV. c. 11. sic legi: In quibusdam Hispaniarum Ecclesiis, laudes post Apostolum decantantur, cum Canones præcipiant post Apostolum non laudes, sed Euangelium annunciari: præsumptio est n. vt anteponantur ea, quæ sequi debent: nam laudes Euangelium sequuntur, propter gloriam Christi, quæ per idem Euangelium prædicatur: & statim hic ordo seruari præcipitur. Vnde apparet, eo tempore nondum fuisse Graduale institutum, saltem vt post epistolam diceretur, vel si institutum fuit à Gregorio, vt aliqui volunt, nondum in Hispania fuerat illa consuetudo recepta: nam Gregor. paulo ante Honorium præcessit, cuius tempore dictum Concilium celebratum Franc. Suarez. Tom. 3.

tum est, & alij tamen volunt fuisse à Cælestino institutum, vt patet ex Ruperto, li. 2. de diuinis officiis, c. 21. Vnde fortasse in illo Concilio non est sermo de Graduali, sed de Alleluia, quod post Graduale cantari solet : & fortasse tunc in Hispania non canebatur, nisi post Euangelium: nam, quod ad altare canatur, antiquissimum est: constat ex Augustino, epist. 119. ad Ianuar. c. 15. & 16. & Hieronymo contra Vigilant. Gregor. lib. 7. epistola 63. Isidoro, lib. 1. de Ecclesiastic. officiis, capit. 13. Et quidem in principio solum cani cœpit primo die Resurrectionis, vt colligere licet ex Niceph. lib. 12. cap. 34. & Sozomeno, lib. 10. histor. capi. 19. deinde toto tempore Paschali, vt sumitur ex Augustino supra : postea diebus etiam Dominicis, vt significat idem Augustinus, & Isidorus, iam vero omnibus diebus dicitur, præterquam in his, qui non sunt gaudij, sed mœroris, vt dicitur in Concil. Tolet. IV. Can. 10. Sed quamuis vox (Alleluia) interdum taceatur, omni tamen die cogitanda est, vt Augustin. dixit Psal. 106. quia vox illa nihil aliud, quam laudem Dei, continet, quæ semper in ore (saltem cordis) habenda est, Psal. 33. Quando vero (Alleluia) taceatur, solet nonnunquam Tractus addi in signum gemitus & tristitiæ: nonnunquam vero etiã post Alleluia additur Prosa, seu Sequentia, de quibus legi possunt authores supra sæpe citati, & Durand. in Rationali, li. 4. capit. 22. Durand. lib. 2. de ritib. Eccles. capit. 21. & 22. Durand. & copiose Demochar. li. de obseruandis in Missarum celebr. cap. 15.

Nono legitur Euangelium. Quem morem esse antiquissimum constat ex Conc. Valent. Hispan. Cano. 1. vbi sic dicitur: Antiquos Canones relegendes, inter cætera hoc esse censuimus obseruandum, vt sacrosancta Euangelia ante munus oblationem in Missa Catechumenorum in ordine lectionum post Apostolum legantur: & ratio subiungitur: vt verba Christi, & sacerdotis sermones, omnes audire possint: vnde obiter etiam colligimus, fuisse etiam consuetudinem concionandi post lectum Euangelium, sed & ante illa tempora Anastas. Papa, in epi. 1. iubet omnes stare, dum factum Euangelium legitur, & attentissime audire: vbi supponit consuetudinem legendi Euangelium esse antiquiorem. Imo in Conc. Laod. quod antiquius est, Can. 16. statuitur, vt in Sabbathis Euangelia cum aliis scripturis legantur. Hieron. etiam aduersus Vigilant. Per totas (inquit) Orientis Ecclesias, quando Euangelium legendum est, accenduntur luminaria, sole rutilante: & Greg. li. 4. ep. 44. dicit, hoc officium ad Diaconos pertinere, quod etiam constat ex Synodo Rhem. Cano. 4. & 5. Eadem consuetudo colligitur ex August. serm. 144. de tempore, Ambros. lib. 1. Offi. cap. 8. & 11. & lib. de Helia & ieiunio, cap. 20. & alij Patres in Concionibus ad plebem, sæpe id supponunt. De ritu autem, & modo, quo legi solet, videri possunt authores sæpe citati : ex quibus licet colligere totum esse, & religione plenum, & valde antiquum: specialiter illud, quod populus audito Euangelij nomine, respondet (Gloria tibi Domine) scilicet quia verbum salutis nobis locutus es, vt ait Innocent. d. lib. 2. cap. 6.

Decimo, post Euangelium, Symbolum recitatur, vt quod audito Euangelio, corde creditur, per Symbolum ore confiteamur: & ideo Ambr. de velan. virg. Symbolum appellat (signaculum cordis nostri) quod quotidie recensendum esse, non tantum semel, sed etiam sapius ait Augustin. lib. 50. Homil. Homil. 42. & tribus libris de Symbolo. In Missa vero non semper dicitur, sed interdum omittitur, vt propter aliquod mysterium, vel propter minorem solemnitatem, vt latius Innocent. libro 2. capit. 52. Durand. in Ration. lib. 4. capit. 25. est autem obseruandum ante Concilium Nicænum, solitum fuisse recitari in Ecclesia Symbolum Apostolorum, vt ex Dionysio, c. 3. colligitur: post Conc. autem Nicænum, Marcus, Syluestri successor, præcepit cantari Symbolum Nicænum.

Rupertus.
Augustinus.
Hieronymus.
Isidorus.
Niceph.
Conc. Tolet.
Nono.
Con. Valent.
Anastasius.
Conc. Laod.
Hieron.
Gregor.
Decimo.
Ambrosius.
Augustinus.
Innocent.
Durand.
Marcus.



num ad confutationem hæresis Arrianæ: postea vero Damafus statuit, vt diceretur Symbolum Constantinopolitanum, in quo addita illa particula, (Filioꝝ) Trinitatis mysterium magis explicatur; & ita fieri specialiter in Ecclesijs Hispaniæ statutum est in Concilio Toletan. III. Can. 2. Ex hæc sunt, quæ ad Missam Catechumenorum pertinent. Et quibus euidenter constat, nihil in eis esse, quod ab hæreticis iure carpi possit, cum omnia antiquissima sint, & ad illa quatuor capita reuocentur, quæ Paulus enumerauit. Quod si aliqua minuciora minus antiqua videantur, vt fortasse aliqui Tractus vel Prose tamen in his eadem est religio & pietas, quæ in antiquioribus, & sunt consentanea Paulo ad Eph. 5. dicenti: Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in Psalmis, & in hymnis, & canticis spiritualibus: vt egregie notauit Conc. Tolet. IV. c. 12.

Damasus.

Conc. Tolet. III.

Conc. Tolet. IV.

Basilus.

Innocent.

Raban. Isidorus.

Pius 7. Fabia. Pap.

Synod. Con. Austr. Augustinus. Hieronym. Cyprian. Tertullian.

Isidorus.

Circa alteram partem, seu Missam fidelium in primis sufficiens argumentum sumi posset ex dictis de priori Missa Catechumenorum: nam Missa fidelium propria continet Christianorum mysteria, quæ traditione constat, vt Basilus dixit libro de Spiritu sancto, cap. 27. possumus autem hæc mysteria in tres partes distinguere: in eam, scilicet, quæ Canonem antecedit, & quæ subsequitur, & Canonem ipsum. In prima igitur parte post populi salutationem iam supra tractatam, (Dominus vobiscum,) Sacerdos oēs ad orandum inuitat, dicens, (Oremus;) quod videtur in alio sensu dici, quam supra explicuimus: quia hic nõ subsequitur aliqua publica oratio, quæ sacerdos nomine totius populi publice dicat; inuitat ergo populum, vt attendat ad sacrificium, & vt vnusquisque ad offerendum se præparet, vt eius oblatio acceptabilis sit Domino, vt Innocent. lib. 2. cap. 53. & alij notant. Secundo dicitur offertorium, seu in choro canitur: nam eo tempore sacerdos suscipit oblationes populi, & ideo versiculus, qui tunc canitur, (Offertorium) appellatur, vt aiunt Innocent. dicto lib. 2. cap. 53. Raban. lib. 1. can. 33. & alij, & in idem redit, quod ait Isidorus, lib. 6. Etymol. c. 19. licet obscurius id deducat. Est autem antiquissima in Ecclesia hæc consuetudo offerendi aliquid in Missa. nam Pius I. in suis Decretis mentionem facit harum oblationum, & Fabian. Papa, epist. 3. monet, vt Dominicis diebus omnes aliquid offerant. Item Synod. Gangren. Can. 7. & 8. harum oblationum meminit, & Concil. Aurelian. I. Can. 16. & Augustinus serm. 215. de tempore, & epistol. 122. Hieronym. epistol. 3. ad Heliodor. Cyprian. libro de opere & elemosyna, Tertullianus in Apologetico, ca. 39. & Theodoretus libro 5. hystorie, capit. 18. vbi refert illustre exemplum Theodosij offerentis ad altare, Ambrosio sacrificante. Quod autem tempore huius oblationis aliquid canatur, non constat semper fuisse obseruatum, nec a quo primum institutum sit. Alij enim Adriano, alij Gregorio, alij Cœlestino id attribuunt; certum est tamen, a quocumque introducta sit hæc consuetudo, ad excitandos fidelium animos inductam esse, vt hilari animo offerant: quoniam hilarem datorem diligit Deus. Vnde etiam in veteri testamento legimus, solitos esse Leuitas canere, dum immolabantur victimæ, vt notauit Isidorus lib. 1. de offic. Eccles. cap. 14. & Ecclesiastici 50. & idem sumitur ex 2. Paralip. 29. Tertio Sacerdos, dum panem offert, & aquam vino miscet, & calicem etiam offert, quasdam orationes & deprecationes profert: quibus, & oblationem suam ac totius populi ad Deum dirigit, & ab eo postulat, vt ei placita sit, & vt dignis mentibus offeratur. Quem morem esse antiquissimum constat ex citatis Liturgijs, Iacobi, Basilij, & Chrysofomi, & ex Dionysio, Clemente, & alijs: semper enim, quando panis, & vinum in altari ad sacrificandum proponitur, adhibentur orationes & benedictiones sacræ, quæ sunt veluti preparationes quædam oblationis sacrificialis. Vnde illa oblatio, prout tunc fit, non est sacrificiũ, vt supra dictum est, sed est tantũ

quædam dedicatio materiæ sacrificandæ per futuram consecrationem, ad quam omnia, quæ tunc dicuntur, referenda sunt. Quod autem illa orationes tunc secreta dicantur, & in silentio oblatio fiat, fortasse liberalis propria ratio est, vt cum maiori reuerentia, & deuotione interiori, omnes Deo offerant oblationem suam: item, vt eo tempore, instante iam Dominicæ Passionis representatione, illa possint ad memoriam reuocare. Vnde & in illo silentio esse aliquam significationem mysticam initij passionis Christi, quando iam non palam ambulabat inter Iudæos, docet Innocent. d. lib. 2. c. 54. quæ omnia ex sequentibus erunt euidentiora.

Quarto, dum sacerdos manus abluit, profert illa verba, Pl. 25. Lauabo inter innocentes manus meas: indicans ad futurũ sacrificium, non solum a grauibus culpis, sed etiam a leuioribus, esse hominem mundandum, quod per abluionem pedum significauit etiam Christus, cum Petro dixit: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet: vnde et hæc cæremonia optima est, & antiquissima, vt conitatur ex Dionysio, dicto cap. 3. Clemente. libro 8. cap. 11. Cyrillo Hierosolym. Catech. 5. mystag. Nec refert, quod in veteri lege similes abluiones hierent, Exod. 30. nam, vt D. Thomas notauit, artic. sequente ad 1. nunc non seruatur, tanquã cæremonia illius legis, sed tanquam aliquid per se decens ac conueniens, vnde neque eodem modo fit. Quinto, finito prædicto Psalmo, sacerdos secreta profert quandam orationem ante altare, postulans, vt oblatio a Deo acceptetur in memoriam passionis Christi, honorem Sanctorum, & nostram vtilitatem: & deinde ad populum conuersus, ad idem petendum hortatur, & populus annuendo, & orando respondet. Ac tandem secundam orationem seu collectam sacerdos submissa voce pronunciat, quæ propterea secreta oratio dicitur: quæ omnia esse valde antiqua & mysteria plena, constat ex Clemet. dicto li. 8. c. 12. & ex Conc. Laodic. can. 19. vbi dicit, tres orationes solere dici in Missa, primam sub silentio, alias vero altiori voce, nunc vero secunda sub silentio dicitur, per quod silentium inter alia significari censetur Christus secreto in horto orans ante passionem suam, vel alia similia, quæ legi possunt in D. Th. hic ad 6. & Innoc. dicto lib. 2. cap. 60. Rupert. libr. 2. cap. 4. & alijs.

Sexto post prædicta omnia adiungitur præfatio, de qua Cypr. li. de expositione orationis Dominicæ, circa finem, quem hic D. Th. ad 5. adducit: Sacerdos (inquit) ante orationem, Præfatione præmissa, preparat fratrum mentes, dicendo: Sursum corda, & respondet plebs: Habemus ad Dñm, ad monentur nihil aliud se, quam Dominum cogitare debere. Ad eam Præfationem alludit Aug. li. de bono viduitatis, cap. 20. dicens: illud, quod inter sacra mysteria, cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id valeamus, quo iubete admonemur: & ideo sequitur, vt de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriam: gloriam quasi nostrarum virium tribuamus, sed Domino Deo nostro gratias agamus, hoc enim continuo commonemur, quia hoc nostrum est recordari. hæc verba vnde sunt, & quanta sanctitate commendentur, agnoscisci & ad idem videtur alludere 10. de Ciuitate, capitul. 4. dicens: Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum. Præfationis etiam sub hoc nomine meminit Chrysost. hom. 3. ad Colossens. & Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto, capitulo decimo septimo, ex verbis huius præfationis mysterium Trinitatis confirmat, numerum, sc. trium personarum explici (Sancti) appellatione, vnicatem vero Deitatis ex singularitate nominis, (Dei sabaoth.) quod argumentum elegantissime vrget Athanas. libr. de Humana natura suscepta, contra Apollinarem, non longe ab initio: & libro de communione essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & oratione in illud. Omnia mihi et dicta sunt a Patre meo: tamen his locis non satis declarantur.

Dionysio

Clemente

Cypr. li. 11

Cypr. li. 11

Chrysost.

Ambros.

Ec.

Ecclesia hoc genere laudis utatur, sed suum argumētum sumit ex Isaiā 6. & Apoc. 4. ex quib. locis Ecclesia hanc partem huius præfationis mutuata est, quod magis significauit, Ambrosius in illis verbis. In oblationibus inuocatur: & illis: Nos quoque nihil pretiosius inuenimus quo Deum prædicare possimus, nisi ut sanctum appellemus. Denique uere tota hæc Ecclesiastica præfatio quoad sensum, parum immutatis uerbis, reperitur in antiquis liturgiis Iacobi, Basilij, Chrysi. & apud Clem. li. 8. Const. c. 12. & 16. & Cyril. Hierosol. catech. 5. mylt. adeoque est antiquissima. Quod autem apertissima est fit ad præparandas mentes audientium ad futuram consecrationem, per se manifestum est, cum omnium corda ad Deum subleuet, & ad angelorum consortium in diuinis laudibus canendis, gratiasq; Deo agendis. De cuius longiori expositione uideri possunt scriptores sæpe citati, de Ecclesiasticis officiis, & latissime ac nouissime Durand. li. 2. de Ritib. Eccles. cap. 31. nobis n. hoc loco plura addere non uideatur necessarium, tum quod res per se satis clara sit, tum etiam, quod nihil in eo specialiter occurat ad præfens institutum pertinēs. Solum aduerte, præter communem præfationem, esse alias speciales in Ecclesia, in quib. aliqua uerba interponuntur cōmuni præfationi, paucis uerbis in ea immutatis quæ nouem tantum numerantur a Pelagio Papa, Epist. 2. in cap. Inuenimus, de Consecrat. dist. 1. scilicet, Resurrectionis, Ascensionis, Pētecostes, Natiuitatis, Epiphaniæ, de Apōtolis, de Trinitate, de Cruce, de Quadragesima, decimam uero de B. Virgine addidisse fertur Urbanus II. in Concilio Placentiæ celebrato, ut Gratianus refert, d. 70. in ultimis uerbis. De authoribus autem harum Præfationum non constat, nam, quod attinet ad communem præfationem, quamuis aliqui eam tribuant Gelasio, alij uero Sixto I. tamen ex dictis constat esse antiquiorem, & ad Apostolorum tēpora esse referendam: ut notauit Niceph. lib. 18. hist. cap. 5. & sumi etiam potest ex Iustino, Apolog. 2. Cyprian. de Cœna Domini, Chrysof. homil. 18. in 2. ad Corinthios, & 29. in Matth. Augustin. lib. 2. de Bono per se. ca. 13. de Spiritu & litte. cap. 11. epist. 57. & 120. cap. 29. & ex Concilio Vafensi, sub Leone I. can. 4. ubi præcipitur, in omnib. Missis (Sanctus, Sanctus, Sanctus) eo ordine recitari, quod ad Missas publicas dici debet. De aliis uero peculiariibus præfationibus solum dicere possumus, non esse in Missa dicendas, nisi quæ fuerint ab Ecclesia receptæ & probatæ, ut cautum etiam est in Concilio Mileuitan. c. 12. & in Concilio Africa. c. 70. Et hæc sufficiant de hac prima parte Missæ fidelium.

De secunda uero parte, quæ in canone continetur, specialem statim sectionem instituemus, nunc supponamus omnia etiam illa, quæ in canone continentur, antiquissima etiam illa, & ueritatis ac religionis plena. Tertia uero pars, quæ post canonem sequitur, breuissima est: unica enim salutatione Sacerdotis ad populum, & responsione, & alia oratione seu collecta, & populi dimissione, fere concluditur, quæ omnia ex dictis declarata sunt. Itaque, finito sacrificio & canone Missæ, primo dicitur uersiculus, qui (Communio) seu (Communicanda) appellatur: solebant n. fideles, finito sacrificio, communicare & interrim caneatur antiphona cum Pf. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: ut constat ex Clem. lib. 8. c. 13. Vbi Turrian. ex Missa Iacobi, Dionysio, Hefychio, & aliis, notat, Psalmum illum ad sacrificium Missæ pertinere, & communionē indicari in illo uersiculo: Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus: inde ergo postea solum retentum consuetudine est, ut aliquis uersiculus eo tempore in Missa recitetur, qui à communionē nomen accepit. Secundo sequitur saluatio Sacerdotis (Dominus uobiscum) supra explicata. Tertio, sequitur oratio seu collecta, quæ cōmuniter continet gratiarum actionem, & perficit numerum ternarium, qui solet perfectionem significare.

Fr. Suarez. Tom. 3.

Quod enim supra diximus de numero harum collectarum seu orationum intelligendum est, totum illud numerum ter in Missa recitari, in principio, medio, & fine: eodemque sensu dictum est in Concilio Laodicē. supra citato: tres orationes in Missa dici. De qua oratione plura apud Innocentium, libro 6. capit. 8. & sequent. Durand. libr. 4. Rational. capit. 55. & sequentib. Quarto, repetita iterum dicta salutatione, (Dominus uobiscum) sit populi dimissio, per illa uerba (Ite Missa est) quod esse antiquissimum constat ex Alcuino, capitul. de celebrat. Missæ. & Amalar. libr. 3. de Eccl. officiis. cap. 36. De quare, & de sensu horum uerborum, diximus supra, agentes de nomine Missæ. Antiquitas uero dimissio fieri solebat per hæc uerba, (Ite in pace) ut constat ex citatis liturgiis & ex Clem. libr. 8. cap. 15. Interdum autem fit alius modis, scilicet per (Benedicamus Domino) in diebus profestis, uel (Requiescant in pace) in Missis defunctorum, de quo legi potest Rupertus lib. 2. capit. 20. & Micrologus de Ecclesiast. obseruat. capit. 46. & 47. Populus respondere solet (Deo gratias) ut gratiarum actio cuncta cōcludat, sicut August. dixit Epistola 59. q. 5. & Dionys. dicto c. 3. Participans (inquit) & tradens Thearchicā communionem, in gratiarum actionem sacram definit cum omni Ecclesia sacra plenitudine: uel aliter: Accepta dataq; diuina communionē in sacram gratiarum actionem definit. Vnde Chrysof. homil. 32. in Matth. Gratias egit & hymnum dixit postquam dedit, ut nos hoc ipsum faciamus. Quinto subiungit Sacerdos illam orationem. Placeat tibi sancta Trinitas: prout habetur in Missali. De qua potest legi Durandus in Ration. libro 4. capit. vlt. & Demochares, libr. de Missar. celebr. capitul. 15. in fine, ubi ex Bernone, capitul. 25. de Officio Missæ: indicat, hæc orationem dici finitis omnibus, etiam data benedictione, & osculato prius altari: nunc autem non ita fit, sed ante benedictionem præmittitur hæc oratio, & fortasse ita intelligendi sunt dicti authores, cum dicunt (finitis omnib.) scilicet, usq; ad populi dimissionem. Sexto sequitur populi benedictio ad imitationem eorum, quæ leguntur, Leuit. 9. & Num. 6. Benedicetis filiis Israel, &c. Et ad imitationem Christi qui discessurus ab Apostolis, benedictionem illis prius impertiuit, Lu. 24. Vnde hanc Consuetudinem & benedictionem commendat Conc. Agathens. cap. 30. in capitul. Conuenit. de Consecratione, distinctione 5. cap. 47. prohibet egredi populum ante benedictionem sacerdotis, idem habetur in Conc. Aurelianen. II. can. 28. & Conc. Arelat. III. apud Burchard. lib. 3. capit. 29. Iuonem, part. 3. cap. 34. De hac etiam benedictione loqui uidetur Isidorus lib. 1. de Officiis Ecclesiasticis, cap. 17. cum ait: Benedictionem in populo dari à sacerdotibus, antiqua per Moysen benedictio pandit & comprobatur: & clarius Cæsareus, hom. 5. Rogo uos fratres charissimi, ut quoties in die Dominico aut aliis festiuitatibus Missæ fiunt, nullus de Ecclesia discedat, donec diuina mysteria compleantur: & infra. Monete eos, qui nec orationem Dominicam dicere, nec benedictionem accipere uolunt. Obseruandum autem est, Aug. dicta epi. 59. significare benedictionem hanc sacerdotis antecedere gratiarum actionem; sed fortasse loquitur de benedictione, quæ dari solet statim post communionē. Septimo, post datam benedictionem, sacerdos recitat Euangelium: In principio erat Verbum: nisi aliud, iuxta prædictum ordinem Missalis, dicendū sit, de qua re nihil inuenio scriptum ab antiquis Doct. oribus, quod est signum, consuetudinem hanc non esse ualde antiquam: constat tamen esse optimam, & utilissimam ad tanti beneficii iugem recordationem, quod, scilicet Verbum pro nobis caro factum sit: & quod de sinu Patris ad nos descenderit: habet etiam aliam utilitatem, quod bis in Missa Euangelium recitetur, ut si cōtingat, proprium Dominicæ, uel ferie Euangelium propter festum omitti, possit in fine Missæ recitari.

Si ff 2

& ita

Ambros.

Clem. Cyril. Hier.

Durand.

Adarten-dum.

Pelagius P.

Niceph. Cyprian. Chrysof. August.

Clemens Turrian.

Conc. Laod. Innocent. Durand.

Aleuin Amalar.

Clemens.

Rupertus. Micrologus. August. Dionys.

Chrysofomus.

Durand. Democh.

Conc. Agath.

Conc. Aurel. Arelat. III.

Isidorus. Conc. Tolos. 17.



& ita fit, prætermisso eo die initio Euāgelij sancti Iohannis. Deniq; illud ēt commodi est, vt, si qui fortasse prius Euāgelium audire non potuerunt, saltem in fine Missæ audiant. Nemo, discedens sacerdos ab altari, seq; sacris vestibus exuens, recitat hynnū Trium puerorum, iuxta decretum Conc. Tolet. IV. c. 13. vbi præcipitur decantari canticum illud in omnium Missarum solemnitate. Quo d tamē nunc minime obseruatur, sed secreto tantum prædicto tempore dicitur.

Tertio principaliter ostenditur potest hæc veritas satisfaciendo obiectionibus, quæ in contrarium ab hæreticis fiunt; nam si in tota hac actione, nihil inordinatum aut præter rationem ostēditur, cum alias ex obiecto bona sit, & ad cultum Dei pertineat, vt à nobis probatum est, euident erit, esse conuenienter & sancte institutam. Prima ergo & præcipua obiectio hæreticorum est, quia, licet in substantia huius actionis nihil esse superstitiosum videatur, tamen in modo, præter rationem est, quod lectiones sacræ & orationes, & alia, quæ in Missa dicuntur, Latina & peregrina lingua, & non vulgari dicantur. Nam, si hæc dicuntur ad populum instruendum, vel excitandum, oportet in eo idiomate dici, in quo possint ab omnib. intelligi: nam: Si nesciero virtutem vocis, ero, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus: vt Paulus argumentatur, 1. ad Cor. 14. ex quo loco difficilis dicitur hæc obiectio: nam, vt ibidem dicitur: Nisi vos per linguam manifestum sermonem dederitis, quomodo scitur id, quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes: & infra. Si benedixeris spiritu, qui superat locum idiotæ, quomodo dicit, Amen, suam tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit: nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non edificatur. Et confirmatur, quia non solum in Missa fere omnia proferuntur in lingua Latina, sed etiam quædam in Græco vel in Hebraico idiomate recitantur, quæ nō solum à populo, verum etiam ab ipsis sacerdotib. frequenter ignorantur, quid significant, aut quæ mysteria contineant. Hæc obiectio generalis valde est, quia non solum de sacrificio Missæ, sed etiam de cæteris omnib. sacris ministeriis, vel publicis orationibus, fieri potest: neq; de his solum, sed etiam de vniuersis sacræ Scripturæ libris cum hæreticis huius temporis magna cōtrouersia est, an expedit, vulgari sermone translatos communiter circumferri, vt ab omnibus legi possint. De quo argumento scripsit erudite Bellarminus: libro 2. de Verbo Dei, capitul. 15. & 16. Et ideo pauca hic attingemus, quæ sufficiant ad defensionem Ecclesiasticæ consuetudinis, & definitionis Concilij Trid. sess. 22. c. 8. vbi sic inquit: Et si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamē expedire visum est Patribus, vt vulgari passim lingua celebraretur: & in can. 9. dicit anathema in eos, qui hunc ritum damnant. Ad hoc autem suadendum sufficit vniuersalis Ecclesiæ consuetudo: q̄ damnare insolentissimæ insanie est: vt Aug. dixit, Epi. 118. maxime cum huius consuetudinis nullum possit inicitū designari, quod est signum Apostolicæ traditionis, iuxta regulam Augustini, libr. 4. de Baptis. capite 24. quod sumitur etiam ex Leone, sermone 2. Pentecostes, & clarius sermone 2. de ieiunio Pentecost. Assumptum vero nunc constat experientia in tota Ecclesia Latina, cum tamen non legamus, Pontificem, vel Concilium aliquod hoc instituisse, aut præcepisse, & Augustinus libr. 2. de Doctrina Christiana, capitul. 13. refert Psalmos in Ecclesia Latine cantari consueuisse suo tempore in Africa. Idemq; in Hispania seruatum esse in diuinis officiis sumi potest ex Isidoro, libro de diuinis officiis, ex variis Conciliis Hispanis, quæ supra citauimus, præsertim ex Toletano IV. & Valentino I. De Gallia idem constat ex Alcuino & Amalario. De Germania, ex Ruperto & Rabano. De Anglia ex Beda in initio Historia de rebus Anglicis: de Italia res est per se manifesta, vt patet ex antiquissimo ordine Romano. & ex Gregorio, in scrip. Sacra-

mentali, & ex aliis multis, quæ à Gratiano referuntur de Consecratione, distinctione quinta. In Ecclesia autem Græca idem proportione seruatur: nam, licet diuina officia in Græca lingua celebrentur, quia illa est doctrinalis lingua (vt sic dicā) in illa regione, quæ necesse est vt pastores & Doctores illius Ecclesiæ: tamen etiam illa distincta est à vulgari, seu corrupta lingua, qua communiter populus vtitur, idemque esse dicitur in linguis Syriacæ, & Arabicæ. Quod vulgari est distincta à doctrinali etiam in suo idiomate: & diuina officia semper in doctrinali lingua peraguntur. Quod si alicubi, vel aliquo tempore non fuit lingua doctrinalis distincta à vulgari, saltem in regione aliqua, id est per accidens: nunc enim loquimur, supposita hac distinctione, quæ nunc est, & fere semper fuisse legimus. Ratio autem est, quia in primis hoc non est malum per se & ex obiecto, sed indifferens, neque est iure diuino prohibitum, vt per se constat: deinde non est simpliciter necessarium ad edificationem fidelium: nam quidquid eis scire, aut intelligere de his mysteriis expedit, potest facile per pastorem & Doctorem disciplinam suppleri: & ideo Concilium Tridentinum supra præcipit, vt retro antiquo ritu, ne oues Christi eludant, pastores frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, & præsertim de ipso Missæ sacrificio, quod etiam indicauit Paul. citato loco: cum enim dixisset: Maior est, qui propheta, quam, qui loquitur, linguis: subdit exceptionem, Nisi forte interpretetur, vt Ecclesiæ edificationem accipiat. Aliud vero sunt mularum & graues rationes, propter quas ita fieri magis expedit. Primo quia, etiam si vulgari lingua omnia dicerentur in Missa, communis plebs magna ex parte illa non intelligeret, vt verbigratia, Psalmos, Prophetas, Paulum, Apocalypses, Canticæ, & similia: quæ vix possunt eruditi intelligere, vnde consequenter heret, vt eis daretur multiplex errandi occasio, vel intelligēdo aliqua verba secundum proprietatem, quæ metaphoricè dicta sunt, vel aliis modis similibus. Secundo, q̄ non omnia mysteria communi populo facile proponenda sunt, sed aliqua occultata esse oportet, ne, vel apud idiotas vilescant, atque cum errore concipiuntur, quando ea scire illis non est necessarium, vt in hoc proposito antiqui Patres docuerunt, Dionys. capitul. 1. & 2. vltim. de Ecclesiast. Hierar. Basil. libr. de Spiritu sancto, capit. 27. Gregor. 4. Dialog. capi. 5. propter hanc enim causam inter alias voluit DEVS Scripturas esse obscuras, & sub tropis & figuris mysteria contineri, vt notauit Augustinus libr. 2. de doctrina Christiana, capitul. 6. & Chrysost. homil. 4. Imperfecti, & Gregor. homil. 6. in Ezech. Tertio, quia ad decemiam & venerationem diuinorum officiorum pertinet, nō vulgari lingua, sed alia secretiori, & grauiori recitentur. Sicut enim ob hanc causam decet, vt non fiant in communi loco, vel communibus vestibus, ita etiam nec communi lingua. Quarto hoc etiam confert ad maiorem Ecclesiæ vnitatem, vt diuina officia eodem modo vbique fiant, & omnibus temporibus: doctrinalis autem vulgari lingua facile mutatur: doctrinalis autem durabilior est. Quinto hinc etiam vitatur periculum, ne cum mutatione linguæ, aliquam etiā magni momenti mutationem, vel etiam substantialem in diuinis officiis fieri contingat. Sexto deniq; hoc ipso admonetur, vel quod animo coguntur Ecclesiæ ministri, ne vulgari lingua contenti, doctrinalem, & consequenter doctrinam ipsam negligant.

Ad difficultatem ergo propositam, quod ad rationem spectat, satis ex dictis responsum est. Nam, illa vtilitas, quæ ibi proponitur, & incerta est, & sufficiens modis suppleri potest. Adde optima verba Chrysost. homil. 3. de Lazaro. Etiam si non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctorum: & similia habet Origenes, ho. 12. in Iosue. Quod vero Origenes att-

Præcipua
quædam hæ-
reticorum
obiectio.

Et hinc.

Augustinus.

Leo.

Augustinus.

Isidor.

Tolet IV.
Valens. I.

Concil. Trid.

Dionys.
Epi.
Gregor.
August.
Chrysost.

attinet ad testimonium Apostoli, quoniam per se obsecrum est, maiori indiget explanatione, & presertim oportet in primis exponere, quid sit (loquingua), quid vero (interpretari) seu (prophetare). Pro quo est animaduertendū, consuetum fuisse fidelib. in primitiua Ecclesia, quādo religiosos conuentus faciebāt, seu ad sacra officia conueniebant, partim in diuinis laudib. occupari, partim in doctrina explicanda seu concione ad plebem, quæ consuetudo constat tum ex citato loco Pauli: tum ex alijs ad Eph. 5. ad Coloss. 3. tum ex Clem. libr. 8. cap. 4. & sequentibus: tum ex Dionys. ca. 3. de Eccles. Hierarch. Iustino, Apolog. 2. pro Christianis. (Prophetare) ergo, in citato loco idē est, quod concionari, vel ad populum de rebus diuinis loqui, quod necesse est vulgari lingua, & omnib. nota fieri, si ad omnium utilitatem fit, quod satis idem Apostolus exposuit: dicēs. Qui prophetat, hominib. loquitur ad ædificationem, & exhortationem & consolationem. Nō excluditur autē, quin talis prophetia possit etiam futurorum prædictionem continere, dummodo qui prophetat, possit mentem suam ad populi ædificationem proponere, & interpretari. Quamuis etiam necessaria non sit talis futurorum prædictio ad prophetandum, prout ibi sumitur, sed sufficiat Scripturarum aut mysteriorum fidei interpretatio. Vnde inferius ait Paul. Quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? vbi strictius videtur sumi prophetia, quam in superiori verbo prophetandi. Nam, vt ex contextu cōstat, ad prophetandum factis est, loqui in Ecclesia ad ædificationem fidelium aliquo ex dictis modis sc. vel (in reuelatione) i. declarando mysteria ex Dei reuelatione, vel (in scientia) i. e. ex dono scientiæ, aut certe ex diligente studio & eruditione mysteria explicando, vel (in doctrina) id est, accommodando sermonem ad auditores, vt ad discipulos: vel (in prophetia) in rigore sumpta: id est, annuncian- do futura, ita tamen, vt ab omnibus possit intelligi. At vero (linguis loqui) prout verbum ipsum sonat, nihil aliud est, quam habere donum linguarum: sed in eo loco specialiter sumitur, pro vsu talis doni ad laudes Deo canendas, vel spirituales hymnos recitādo in peregrina lingua, quam alij nō intelligunt. Solebat enim fideles in his religiosis conuentibus ita in diuinis laudibus occupari, vt vnusquisq. iuxta Spiritus sancti instinctum, aliquid ex proprio ingenio in Dei laudem & gratiarum actionem caneret aut recitaret, vt ex Dionysio, capit. 3. de diuinis nominibus licet cogitare & ex Tertull. in Apolog. ca. 39. Cōimus in ecelum & congregationem vt ad Deum, quasi manu facta preceationibus ambiamus orantes. Cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si qd præsentium temporum qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoscere. Et infra: Post aq. manualet & lumina, vt quisq. de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Circa quem locum Pamel. & super lib. Cypriani de oratione Dominica, n. 2. multa ex antiquissimis Patribus, & historiis ad hanc rem cōgerit. Quantum ergo ex hoc loco, quem tractamus, colligipōt, eo tempore, quo donum linguarum frequenter fidelibus conferebatur, accidebat interdum, vt in Ecclesia aliqui diuinas laudes canerent, aut recitarent in ea lingua, quam alij non intelligebant: imo etiam in eo idiomate, quod ipsemet recitans non perciperet, vt indicant illa verba: Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est: quæ verba Chrysof. Theophyl. Ambros. & Ansel. exponunt de his, qui loquentes linguis, seiplos non intelligebant: qui dicuntur orare spiritu, quia interiori affectu ad ita loquendum, & orandum mouentur, mens autem eorum sine fructu est: quia verborū vim non percipiunt: nam, aut eorum significationem ignorant, aut (quod verifimilius est) licet significationem verborum intelli-

Franc. Suarez Tom. 3.

gant, mysteria tamen, quæ illis verbis continentur, non percipiunt, vt August. sentit 12. Genesis ad litteram, cap. 8. & 9. Alij vero hoc referunt ad aliorū fructum, nimirum, quod, qui hoc modo orat, se ipsum ædificat, suumq. spiritum excitat, sine aliorū tamen fructu: ita Theodoretus & alij, quod ad nostrum institutum nihil refert, nā (loqui lingua) in vtroq. sensu idem est, quod diuinis laudes ita loqui, vt alij quidem non intelligentes, in admirationem rapiantur: fructum tamen, & interiorē ædificationē non percipiant. Huiusmodi ergo vsus linguarū videtur fuisse maxime familiaris Corinthijs, & in tāta estimatione & pretio, vt de illo maxime gloriarentur: illudq. donum, dono prophetiæ præferent: Paulus autem in prædicto loco huiusmodi donum, aut vsum eius, nō reprehendit, nec contemnendū putat, sed reprehendit inordinatum vsum eius & docet, prophetiæ donum illi esse præferendum. Vnde cōcludit in fine capituli. Itaq. fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere: omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Constat igitur ex vera huius loci intelligentia nullum ex eo argumentum sumi posse contra prædictum vsum Ecclesiæ: tū quia in eo non est sermo de officijs diuinis, quæ in Ecclesia recitantur, aut canuntur, sed de rebus exhortatorio ad plebem, aut de precibus, seu laudib. quas vnusquisq. proprio dono seu spiritu ductus, coram alijs profert: tum etiam, quia Apostolus non improbat illum vsum linguæ, sed vsum & estimationem eius moderatur: & illum maxime approbat, quando cum eo adiungitur interpretatio. Ad verba autē supra citata, quoniam ex eis sumi potest, saltem argumentum à simili, specialiter respondendum est. In illis ergo primis verbis, Si nec scio virtutē vocis, ero, cui loquor barbarus, & c. nihil aliud significatur, nisi, quod neq. intelligam, neq. iuxta illud Ouidij, Barbarus hie ego sum, quia non intelligor vlli. Quod quidē est in cōueniens in sermone exhortatorio, non tamen in sermone deprecatorio: nā vt ibidem dicitur: Qui prophetat seu exhortatur, hominib. loquitur, & i. deo vane & in aera loquitur, si non intelligitur, quod loquitur, vt Paulus: paulo ante dixerat. Qui autem loquitur lingua, deprecando sc. seu orando, non hominib. loquitur, sed Deo, qui optime non solum linguam, sed & mentem nouit, & ideo necesse non est, qd ab hominib. intelligatur: imo nec semper necesse est, vt ipsemet, qui orat, intelligat, satis est enim quod sciat, seu credat illa esse verba, quibus laudatur vel exoratur Deus: tunc enim reuera spiritus orat, & mouet linguam, quamuis mens verborum significationem non satis percipiat, vt ibid. significauit Paulus in verbis supra declaratis: Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est: & hac ratione non male faciunt, qui Latine orant, quamuis linguā Latinam non intelligant, vt sumitur ex Chryf. & Origene supra citatis, & August. lib. de Baptismo c. 25. & 3. de doctrina Christiana c. 9. vbi dicit: Iudæos rite coluisse Deum figuris & signis, quorum vim & significationem non satis intelligebant: & multi etiam nunc religiose Psalm. recitant, quos non intelligunt, quamuis Latini linguam sciant. Vltima deniq. verba ita exponuntur à D. Th. Primalio, Haymone, & alijs, & vt per eū: qui supplet locum idiotæ: intelligant ministrum, qui loco populi responderet: vnde significant, oportere, vt saltem minister intelligat, vt loco populi respondere possit. Quæ interpretatio est apparet, iuxta vulgatam versionem: tamē, iuxta Grecam editionem, habet difficultatem, quia non dicit: (qui supplet) sed: qui adimpler locum idiotæ: qui est idiota & ignarus. Atq. ita interpretantur Theoph. & Chryf. hom. 53. & idiotam, ait Chryf. promiscuam plebem vocat: imo eo tempore tota plebs solebat respondere sacerdoti, vt ex his, quæ supra adduximus aliquibus responsonibus populi, sumi potest, & ex

Stff 3

Hie-

Aduertendum.

Clem. Dionys. Iustin.

Quid sit, linguam loquar.

Dionys. Tertull.

Pamel.

Chrysof. Theophyl. Ambros. Anselm.

Augustinus.

Theodoret.

Exponitur Apostolus.

Notabilis.

Chrysof. Origenes. August.

D. Thom. as. Prin. asit. Haymo.

Theophyl. Chrysof.



Hieronymo in præfatione libri 2. ad Galatas. Et augetur tandem difficultas, quia etiam nunc non est necesse, ut minister linguam intelligat, in qua Missa dicitur. Quare dici potest, iuxta supra dicta, Apostolum non loqui de officiis Ecclesiasticis, sed de illis Cantibus vel laudibus, quas singuli ex proprio spiritu vel ingenio recitabant, ut se inuicem excitarent, & commouerent; & ideo fieri oportebat in lingua, quam alij intelligerent; vel saltem, ut eorum interpretatio sublequeretur. In diuinis autem officiis, quæ potissime ad cultum Dei ordinantur, magis expedies fuit propter alias rationes supra adductas, ut non fiant vulgari lingua: sed ut suis opportunis locis & temporibus, pastorum interpretatio adiungatur. Ad de denique, quauis necessarium non sit, ut, qui responsonem daturus est alteri oranti (sive ille minister sit, sive populus) proprium idioma, seu verborum significationem intelligat, saltem necessarium esse, ut ex institutione & consuetudine intelligat, saltem cõfufe, quid faciat sacerdos: in orationem proferat, & quando illam finiat, alioqui accommodate respondere non poterit. At vero in illo vsu linguæ, de qua Paulus loquitur, nec hoc fieri potuisset: tum quia, qui loquitur lingua, non loquitur iuxta aliquem ritum vel institutionem, sed prout Spiritus S. dat eloqui illi: tum et, quia talis lingua interdum est omnino peregrina, ita ut audientes prorsus ignorent, quid loquatur, & an oret, vel aliud proferat, vel quando orationem finiat, & similia: & ideo de tali vsu linguæ facile concedemus, esse ineptum ad publicam officia, neque id erit contra conuenientem Ecclesiæ ritum, ut satis declaratum est.

Aduertidii.

D. Thom.

August.

Vnde facilis est responso ad vltimam confirmationem: nihil enim incommodum est, quod Latina Ecclesiæ, quasdam voces Hebræicas, vel Græcas in Missa, aut in officiis Ecclesiasticis retinuerit, vel quia peculiarem emphasim habent, ut de voce (Alleluia) dicit D. Thomas, Apocal. 19. quæ non vtunque diuinam laudem personat, sed cum peculiari lætitiæ signo, ut Augustinus etiam Psalm. 106. notauit, vel ad vnitatem Ecclesiæ, eiusdemque fidei confessionem indicandam, ut de voce (Kyrie eleyson) indicat Augustinus, epist. 178. circa finem: ex quo loco potest hæc consuetudo variis exemplis confirmari. Vel etiam propter commendandam antiquitatem, ut sumitur ex Gregorio, libro 7. epistola 63. vbi de voce (Kyrie eleyson) tractat, Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 10. & 11. & ponit exemplum in voce (Amen, & Alleluia) in quibus dicit seruatum esse antiquitatem propter sanctorum auctoritatem, vel denique, quia interdum tales sunt voces, ut commode transferri in aliam linguam non possint, ut de voce (Osanna & Racha) eodem loco dicit Augustinus. & Isidorus etiam has duas postremas rationes attigit, lib. 6. Etymolog. capit. vltimo. Neque est incommodum alicuius momenti, quod propria harum vocum significatio à multis etiam sacerdotibus ignoretur, quia, vel satis est, quod in fide totius Ecclesiæ proferantur: earum enim cognitio non est admodum necessaria singulis: vel certe ex ipso vsu & accommodatione iam sunt veluti Latine factæ, sicut de verbo, baptizandi, in superioribus diximus: & ita etiam sufficienter nota est earum significatio. Quis enim ignorat (Alleluia) esse vocem gaudij, & lætitiæ, quia prouocatur homo ad Dei laudem? & sic de alijs.

Secunda obiectio est, quia in his, quæ in Missa dicuntur, quedam sub silentio & secrete: alia, vero publice proferuntur, quod videtur inordinatum, & contra rationem: nam oratio, quæ in Missa fit, non est priuata, sed publica: non ergo secrete inter Deum & hominem, sed publice fieri debet. Quæ item utilitas in huiusmodi secrete esse potest? nam, si verba sancta sunt, cur non ab omnibus audiantur? & si oratio nomine omnium fit, cur non, audientibus omnibus & assentientibus, fieri? Dices fortasse, id fieri

ad occultandum aliquod mysterium. Sed contra, quod maius potest esse mysterium, quam ipsamet consecrationis? & tamen verba, quibus illud conficitur, alta voce prolata sunt. Et statim subdit: Hoc facite in meam commemorationem: & ita debet exemplo Christi in antiqua Ecclesiæ; vel licet colligere ex antiquis Liturgiis, in quibus ad verba consecrationis populus responderet (Amen); cuius consuetudinis meminit etiam Eusebius lib. 7. histor. cap. 5. & Augustinus, lib. 65. quæstionum, q. 49. quamquam ibi non sit sermo de consecratione, sed de dispensatione sacramenti, de qua etiam loquitur Cyrillus, Cateches. 5. mystag. Tandem Chrysostom. Homil. 18. in 2. ad Corinthios dicit, omnia, quæ in Missa fidelium sunt, communia esse populo & sacerdoti. Et confirmatur, seu augetur difficultas, quia etiam videtur incongruum, ut in Missa aliquando canendo dicantur orationes, & alia: quia hoc non videtur decere grauitatem, & reuerentiam tanti officij.

Ad confutandum hunc errorem docuit Concilium Tridentinum, dicta sessione 22. capit. 5. probandum esse ritum Ecclesiæ Catholicæ, quo obseruatur, ut quædam, submissa voce, alia vero clariori in Missa sacrificio pronunciantur, quod in Can. 9. specialiter definit de verbis consecrationis, & de alia parte Canonis: quæ secrete & submissa voce dici consuevit. Hunc autem ritum antiquissimum esse, constat ex Liturgiis sæpe citatis, præsertim Basilij, & Chrysost. & ex Cyrillo, Cateches. 5. idem colligitur. Deinde per se notum est, hunc ritum ex se intrinsece non esse malum, aut contra rationem, sicut neque e contrario effectum malum: totam Missam alta voce pronunciat: neutrum enim est contra aliquam virtutem, nec præfert aliquam indecentiam: Christus etiam nihil de hoc statuit, aut prohibuit: neque enim Scripturæ, aut traditione, constat tale Christi præceptum: dispositio ergo Ecclesiæ hunc, sicut ceteros accidentales ritus commisit: cur igitur reprehendi potest Ecclesiæ, quod in re de se indifferente aliter partem obseruandam, & vsu retinendam existimauerit: non enim expediebat, arbitrio cuiusvis sacerdotis hoc linquere: tum quia inde orta fuisset infinita quedam varietas: tum maxime, quia multa in discrete & inordinate fierent. Ad eligendum autem & statuendum hunc ritum potius, quàm alium, habuit Ecclesiæ rationes morales sufficientissimas. Primo, quia illam varietas nunc publice, nunc secrete & in silentio orando, recreat, & delectat audientium animos, & quandam præ se fert grauitatem, & venustatem. Secundo ex Conc. Trid. supra: quia his adminiculis exterioribus indigent homines, ut ad rerum diuinarum meditationem sustollantur. Itaque, ut singuli fideles, qui Missam audiunt, possint melius se colligere, & iuxta propriam deuotionem, Deum deprecari, aut sacra mysteria meditari, expedit interdum secrete in Missa orare, & ideo egregie dixit Conc. Colon. part. 7. ca. 16. Tunc esse in Missa præcipuas populi partes, quando submissus legente, aut tacente sacerdote, vnusquisque Deo loquitur. Et Cypr. in exposit. orat. Domin. & refertur in c. Quando autem, de Consecr. d. 1. Ideo (inquit) sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes, dicendo (Sursum corda) ut dum responderet plebs: (Habemus ad Dñm) admoneretur nihil in se aliud, quam Dominum cogitare debere. Et hoc modo vult Chrys. ut in sacrificio omnia sint sacerdoti, & populo communia: quia vnus orat nomine omnium, alij vero eius orationi consentiunt, vel ei attendunt, si publice oras, aut si secrete, cum illo simul orant. Tertia causa est, ut significetur, non omnia mysteria esse omnibus æquè diuulganda, ut ex Patribus supra reuli, quibus addi potest Origenes, Hom. 5. in Num. & Chryl. Hom. 24. in Matt. & Innoc. I. ep. 1. c. 1. in verbis illis: Cum post omnia, quæ aperta non debeo, pax sit necessario indicenda.

Quar.

Quarto accedit ratio mystica, sumpta ex significatione Christi, seu imitatione eius: ille enim, quando se in cruce in sacrificium obtulit, nunc alta voce orabat; Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt; & in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum: & Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Nunc ad affantes loquebatur, ut ad Matrem, ad Discipulum, ad Latronem, nunc vero tacebat, & intra se orabat. Ita etiam Sacerdos in Missa, nunc ad populum loquitur, nunc ad Deum clara voce: nunc vero sub silencio orat. Oratio ergo secreta sacerdotis, commemoratio quædem est secreta orationis Christi, vel in orto, vel in Cruce.

Ad argumentum ergo respondetur, Sacerdotem, etiam, ut ministrum publicum, posse secreta orare: quia, cum inter homines & Deum sit constitutus, ut pro hominibus intercedat, siue id faciat publica voce, siue secreta, dummodo pro vniuersa Ecclesia, & nomine eius id faciat, orat ut minister publicus: cuius orationi omnes auditores consentiunt, vel assistendo, vel simul cum illo orando. Imo Innocent. supra ait, osculum pacis esse in sine dandum, ut per eam consistet, populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum. De vilitate autem, quæ in hoc ritu esse potest, iam satis dictum est. Quod vero Christus Dominus verba consecrationis altæ protulerit, nullum argumentum est ad id, de quo agimus: quia ipse coram eis consecrauit, quibus modum consecrandi tradiderat: quem nunc Episcopi imitantur, quando Sacerdotes creant. Quod denique aliquando fuerit in Ecclesia vsus altæ proferendi verba consecrationis, recte declarat, illud etiam non fuisse malum; non tamen propterea necesse fuit, eam consuetudinem semper retineri. Vltima confirmatio longam petebat occasionem de Canticis Ecclesiasticis, sed ea res proprium habet locum in 2. q. 83. & 91. nunc satis est, hunc etiam morem canendi in Missa esse antiquissimum, ut constat ex Liturgiis citatis, etiam Iacobis, & ex Clem. lib. 8. & ex Dionys. c. 3. & Iuliano, Apolog. 2. pro Christianis, & ex Tertull. in Apolog. cap. 39. & ex antiquis historiis, quæ hunc morem ad Apostolos, eorumque discipulos referunt, ut videre licet in Niceph. lib. 9. c. 19. lib. 13. c. 8. lib. 18. cap. 51. Theodor. lib. 4. c. 29. Socrate, lib. 6. cap. 8. Denique hoc est consentaneum Paulo ad Ephes. dicenti: Loquentes vobis inquit in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, & ad Coloss. 3. imò Concil. Tolet. I V. cap. 12. dicit, de hymnis canendis habere nos Christi & Apostolorum exemplum significans, verba illa Matt. 26. Et hymno dicto, per cantum esse intelligenda: nam hoc proprie hymnus significat, ut August. dicit in principio Psal. 72. Neque hoc est contra grauitatem tanti muneris, cum hoc totum ad Dei laudem, & honorem referatur, & ad excitandos homines ad deuotionem ordinetur, & ideo sanctè à Concilio est statutum, ut in his canticis nihil misceatur, quod sanctum & purum non sit, & ad reuerentiam & deuotionem animos prouocare possit. Concil. Trident. sess. 22. de Obseruand. in Missa.

Tertio afferri possent alia obiectiones, quæ fundantur in aliis erroribus, ut sunt, quod in his, quæ in Missa dicuntur, & ad Sanctos sæpe dirigitur oratio, & ad eos colendos & honorandos multa ordinantur. Item, quod oratur pro defunctis. Item, quod vtiq; verbis significantibus oblationem & sacrificium, & similia: quæ omitto, quia errores, in quibus fundantur, in superioribus impugnati sunt. Addunt præterea quædam interdum in his orationibus, aut antiphonis Missæ miseri, quæ vel errorem aliquem continent, vel superstitionem redolent. Quod licet non possint vniuersaliter ostendere vno vel alio exemplo confirmant: Potissimumq; est de Missa, quæ dicitur pro defunctis; in qua orat Ecclesia, ut animas defunctorum Deus liberet de penis inferni, & de

profundo lacu, & similia, quæ videntur errorem continere: nã, aut Ecclesia orat pro animabus, quæ sunt iam in inferno: & hoc ineptissimum esset, & inuolueret errorem negantem æternitatem poenarum inferni: vel orat pro animabus purgatorii, & sic superflue orat, ut liberentur à penis inferni, & de profundo lacu: quia iam liberatæ sunt, cum in purgatorio esse supponantur. Dices, per infernum, & profundum lacum, ibi intelligi purgatorium. Sed contra, quia statim subditur: Libera eas de ore Leonis, ne absorbeat eas Tartarus, &c. & inf. Fac eas Domine, de morte transire ad vitam. & illud: Gratiæ tua illis succurre, mereantur euadere iudicium vltionis. & in quadam Collecta dicitur: Ut qui in te sperauit & credidit, non penas æternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. & similia multa in orationibus pro defunctis leguntur, in quibus alius error inculcari videtur, nimirum, animas existentes in purgatorio, adhuc posse damnari: & esse incertas de æterna sua salute. Dices, interdum peti à Deo aliquid, quamuis certò futurum sit, quia per orationes est futurum, sicut Patres antiqui petebant aduentum Christi. Sed contra: primò, quia nihil certò futurum petitur, nisi, quatenus à nobis aliquo modo pedit: quòd aut anima in purgatorio existens non damnatur, iam non pendet ex nobis, sed est in se inuitabile. Secundo, quia licet contingat, petere rem certo futuram, quamdiu futura est, non tamen iam factam. Quis enim à Deo petat, ut anima Christi beata perpetuo sit, sed, quòd anima in purgatorio existens ab æterna morte liberetur, non est iam futurum, sed factum: non ergo conuenienter petitur. Nec satis facit, quòd quidam, dicunt quauis in his animabus peractum sit particulare iudicium, non tamen vniuersale: & ideo adhuc pro illis orari posse, ut euadant iudicium vltionis: nam, si hoc verum esset, etiam pro beatis orare possemus, ut euadant iudicium vltionis, quia etiam illi nodum iudicari sunt vniuersali iudicio. Præterea sunt alia multa in his Collectis Ecclesiasticis, quæ difficultatem habent: quale est illud, quòd Innocent. refert, in c. Cum Innocent. Martha, de Celebrat. Missæ. Annue, quæ sumus, Domine, ut anima B. Leon. hæc pro fit oblatio: quæ verba, licet emendata postea fuerint, ut ibid. Innocent. dicit, tamen hinc sumimus argumentum, in his Collectis interdum inuolui errorem: & præterea ibidem non omnino sublatum est: nam in secreta oratione eiusdem S. Leonis, nunc petitur, ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comiteretur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. & in aliis Collectis Sanctorum sæpe oratur: Ut, sicut sancta mysteria Sanctis profunt ad gloriam, ita nobis proficiant ad medelam; quæ comparatio fallium supponere videtur: quia hæc mysteria non profunt Sanctis ad gloriam. Item in quadam Collecta Dominicæ quartæ post Pentecosten, dicimus Deo, Et ad te nostras, etiam rebelles, compelle propitius voluntates: quòd videtur etiam ineptum, quia hoc est petere à Deo, ut voluntates nostras cogat & necessitet.

Circa hæc difficultatem Medina, Codice de oratione, quæst. 6. de iis, pro quibus orandum est, tractans eas, quæ ad Missas defunctorum pertinent, imprimis dicit, non esse necessarium, omnia, quæ in eis dicuntur, ab omni ineptitudine excusari: multa enim (inquit) in Ecclesia legi permittuntur, quamuis non omnino vera sint, vel omnino apta: quia conferunt ad deuotionem fidelium excitandam vel augendam, ut in Legendis Sanctorum, & in opinionibus Doctorum, ita ergo (inquit) dici potest de illis orationibus, quæ à priuatis personis factæ sunt, non à Concilio aliquo: neq; in eo sunt probatæ. Sed hæc responsio, Medina sententia vniuersalis est: nam tunc in primis, quicquid sit de authoribus illarum orationum, vel antiphonarum, certum est tamen, communi vsu & consensu totius Ecclesiæ Romanæ esse receptas: ergo nemo potest sine magna temeritate

sentire, in eis aliquem esse errorem, a sana doctrina alienum.

Quocirca in Ecclesiasticis officijs oportet distinguere ea, quae ab Ecclesia proponuntur, tantum ut humana fide certa, sicut probabiliora, ut sunt historiae Sanctorum, & alia similia, quae tantum proponit Ecclesia, ut pie & probabiliter credita, qualis est, verbi gratia, immaculata conceptio B. Virginis, aut quod in Epiphania ait, tribus Christi apparitionibus, seu miraculis illum diem ornatum esse, & si quid aliud est simile. Et in his nullus est error, quia non sunt res, quae per se pertinent ad Catholicam doctrinam, neque ut huiusmodi proponuntur. Unde licet contingeret, in re esse falsum id, quod Ecclesia, ut pium & probabile proponit, non esset propria deceptio, quia ipsa Ecclesia haec non proponit, ut certa, sed tantum ut pia & probabilis, prout reuera sunt. Aliud vero est, loqui de rebus, quae pertinent ad certam indubitamque doctrinam fidei: in his enim fieri non potest, ut vniuersalis Ecclesia decipiatur: & ideo, neque in eis officijs, & orationibus, quae ab vniuersali Ecclesia recipiuntur, miseri potest aliquid huic doctrinae contrarium, quamquam aliquid fortasse possit interdum esse obsecrum, quod aliqua interpretatione indigeat. Loquor autem de ijs, quae ab vniuersali Ecclesia recipiuntur, quia, si aliqua a priuatis personis vel etiam Ecclesijs, priuata autoritate adiungantur, nihil mirum erit, quod interdum error misceatur, & ideo grauius vetant Concilia, ne preces in Missa dicantur, nisi in Concilio probatae, vel frequenti & laudabili vsu receptae fuerint, ut Concilium Trident. loco citato loquitur, & ante illud significatum fuerat in Concil. Carthag. III. Can. 23. & Concil. Mileuit. Can. 12. African. cap. 70. Ad primam ergo partem difficultatis respondetur breuiter, Ecclesiam eis verbis non orare pro animabus damnatis: tum, quia solum orat pro fidelibus: tum etiam, quia expresse dicit, Ne cadant in obsecrum, supponit ergo nondum cecidisse: orat ergo pro animabus Purgatorij. Dupliciter autem intelligi potest oratio pro illis facta: primo considerando eas, solum prout tunc existunt, quando pro eis oratur: & hoc modo petimus, ut eis remittantur poenae, & ut aeterna requie donentur, & lux perpetua eis luceat, & multa ac fere omnia, quae in illis officijs continentur, possunt ad hunc sensum adaptari: alio modo oratur pro illis animabus, secundum quandam anticipationem seu representationem: representat enim Ecclesia statum illarum animarum in eo puncto, in quo a corpore exeunt, & ad iudicium feruntur: & hoc modo intercedit pro illis, & orat: (Ne absorbeat eas Tartarus) & similia: sicut etiam nunc, quando Christi aduentum representat, orat (Rorate coeli desuper) & in die Resurrectionis: Haec dies quam fecit Dominus, &c. Neque est inutilis talis oratio aut representatio: tum, quia viuentibus potest esse utilis, ut periculum illius momenti, in quo iudicandi sunt, sibi proponant: tum etiam, quia cedit in verum Dei cultum, quem Ecclesia conseruet, & recognoscit, ut supremum animarum iudicem: & patrem misericordiae, qui orationibus placari potest: tum denique, quia potest esse utilis animabus defunctis: vel, ut propter has Ecclesiae orationes aliquid poenae eis remittatur, vel etiam fortasse, ut propter tales orationes Ecclesiae praerogatas, quando ab hac vita decedunt, a Deo recipiant auxilium, & dispositionem, secundum quam benigne ac misericorditer possint iudicari. Hunc vero esse Ecclesiae sensum in citatis verbis, constat ex illis, Fac eas Domine transire de morte ad vitam: illa enim non possunt intelligi de morte serunda, quae est inferni: quia ab illa nullus potest ad vitam transire: intelliguntur ergo, vel de morte corporali, vel de morte peccati. Ad aliam vero partem de orationibus pro Sanctis, facilis est responsio ex supra dictis: primum enim huiusmodi ratio magis est gratiarum actio, quae Deo fit propter

Conc. Trid. Carth. III. Cō. Mileu.

Ecclesia sensus assignatur.

gloriam Sanctis concessam, quam nouae gloriae seu beatitudinis postulatio. Deinde, si quid eis petitur, nostris commodis, vel de honore, aut cultu, qui Deo in terris exhibetur per hoc Missae sacrificium: vel etiam eis postulatur gloria apud homines seu in Ecclesia militante: scilicet, ut in ea eximatio eos habeamus, eorum honore illos prosequamur, qui eis debetur. Et in quocumque istorum sensuum possent optime retineri tunc mutatione verba illa, quae in Collecta sancti Leonis habebantur: ut Innocent. III. in praedicta cap. declarauit, sed propter ambiguitatem: & ne indocti falsum aliquem sensum conceperent, mutatio illa facta est. Denique ad vltimam obiectionem de illa Collecta, in qua petimus, ut Deus nostras compellat voluntates, respondetur, ne sibi, neque in rigore (compellere) significare proprie cogere, aut necessitatem inferre: sed, magna quadam gratia virtutis voluntatem inducere aut mouere: sumptusque est ille modus dicendi ex similibus verbis ipsius Christi, Lucae 14. Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: & eandem fere vim habent illa verba, Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum: & ex communi modo loquendi costat, dici aliquem compelli, quando importunis precibus aliquid facit: quamuis voluntate & libere faciat, sic Gen. 19. Compulit illos, ut diuerterent ad eum. Atque ad hunc modum facile erit exponere, si quid in reliquis Missarum officijs obsecrum, aut ambiguum occurrat: praesertim, si debita reuerentia ac pietate legitur.

SECTIO II.

Verum in omnibus, quae in Canone Missae dicantur, integra veritas, & debita Deo religio seruetur.

Concilium Tridentinum sess. 22. c. 4. & Canon. 6. propter haereticos huius temporis, qui inuestisimi sunt in hunc Missae Canonem, singulari prouidentia quatuor de illo specialiter docet, ac definit, quae a nobis breuiter sunt declaranda, confirmanda ac defendenda. Primum est, Ecclesiam Catholicam multis ante saeculis illum instituisse. Secundum est, constare hunc Canonem ex Christi verbis, Apostolorum traditionibus, & Sanctorum Pontificum pijs institutionibus. Tertium est, esse ab omni errore purum. Quartum, nihil in eo esse, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Vocatur autem Canon Missae totum id, quod in Missali legitur ab illis verbis: Te igitur clementissime Pater, usque ad consumptionem sacramenti: vocatur autem Canon, quia est veluti regula praescripta & seruanda in actione huius sacrificij, qua voce vsus est D. Gregor. lib. 7. Epistoliarum, epist. 69. in his verbis, Mox post Canonem, orationem Dominicam dici statuitis. Quae verba non sunt Gregorij, sed aliorum, quos refert: & in eis significatur, Canonem solum fuisse finiri in posteriori hostiae elevatione, postquam immediate Dominica oratio recitatur: ipse vero Greg. inferius: Mox, inquit, post precem orationem Dominicam dicimus: vnde videtur ipsum Canonem (precem) appellare, de quo infra videbimus. At vero Iidor. i. offic. Ordinem Missae seu orationem, appellat. Et Vigil. Papa, in epi. ad Euzer. vocat, Ordinem precum in celebritate Missarum. Optatus vero, lib. 2. contra Parmen. vocat, legitimum, quod in sacramentorum mysterio praeteritur non potest: vocatur etiam (actio sacra) a Valfrido Strabone, c. 22. de rebus Ecclesiae, quia in ea parte Missae dicitur, in qua sacrificium conficitur: vsus vero maxime obtinuit nomen (Canonis) qui maxime accommodatus est, propter rationem dictam.

Circa primam ergo Concilij propositionem primum considerandum est, prudentissime Concilium

De auctore Canonis quid certum.
 Ecclesia in communi tribuisse huius Canonis institutionem, vt à quaestione dubia de illius auctore abstineret. Est itaq; certum, Canonem secundum eam formam, quæ nunc in Missa dicitur, neq; esse de substantia sacrificij, neq; à Christo Domino esse institutum: nullibi enim extat talis institutio. Quin potius Gregorius supra dicit, Apostolos interdum sacrificiæ adiungendo verbis consecrationis tantum orationem Dominicam: quod videtur sumptisse ex Hieronymo, lib. 3. contra Pelagian. quamvis Hieronymus ibi dictionem exclusiuam non adiungat. Est autem hoc intelligendum non vniuersaliter, sed in definite. Apostoli enim fortasse statim post ascensionem, ita conficiebant; postea vero paulatim cœperunt res omnes in maiorem ordinem redigere, atq; etiam huic sacrificio orationes & cæremônias adiungere: vt partim in superioribus visum est, partim ex sequentibus constabit. Hinc vero fit, præceptum dicendi hunc Canonem tempore huius sacrificij, non posse esse ex institutione diuina: totum ergo hoc est ex institutione Ecclesiæ, vt Concilium dixit. Quis vero fuerit auctor huius Canonis, vel præcepti, recitandi illum ab auctoribus diligenter inquiritur: hæretici vero vt Canonis auctoritatem eleuent, dicunt, auctorem eius fuisse Scholasticum quendam, cuius mentione fecit Gregor. d. lib. 7. epist. 63. dicens: Valde mihi inconueniens visum est, vt precem, quam Scholasticus cōposuerat super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam Redemptor noster cōposuit, super corpus & sanguinem eius non diceremus. Dicendum vero est, non posse vnum certum auctorem huius Canonis designari: nam, vt Isidor. loco supra citato docet, ab ipso Petro Apostolo initium sumptit, idco dicit; ab ipso fuisse institutum: non tamen ab illo fuit plene compositus & traditus, prout nunc extat: sed successu temporis paulatim perfectus est posterioribus Pontificibus aliquid addentibus, præsertim vsq; ad Gregorium I. ex quo tempore nullam nouam additionem accepit. Quæ omnia constabunt euidentius ex his; quæ statim de singulis partibus huius Canonis dicemus. Nunc autem declaratur breuiter ex altera parte, quam in illa propositione prima Concilium docuit, sc. hanc Canonis institutionem multis ante seculis cœpisse. Quæ verba dupliciter possunt intelligi: primo de initio Canonis, saltem quoad aliquas partes eius: & hoc modo constat cœpisse à temporibus Apostolorum, ex Isidoro supra; & ex Clemente, lib. 8. ex Basilio, tum in Liturgia, tum lib. de Spiritu sancto, c. 27. vbi inter traditiones non scriptas dicit, contineri ea, quæ ante, & post consecrationem dicuntur: & multum momenti habere dicit ad mysterium: & Vigilii Papa, d. epist. 1. c. 5. Canonicæ, inquit, precis textû direximus subter adiectum, quæ (Deo propitio) ex Apostolica traditione suscepimus & idem habet Innoc. II. in c. Cum Marthæ, de Celebrat. Missæ. Confirmatur, ac declaratur ex vulgari regula Augustini: quod, quæ sunt ita antiqua in Ecclesia, vt eorum initium & auctor ignorentur, ad Apostolicam traditionem sunt referenda: huiusmodi autem est Canon Missæ, saltem quoad aliquas partes eius, vt constat ex dictis Ambrosij lib. 4. de sacram. c. 4. 5. 6. vbi commemorat plures orationes Canonis, vt antiquas iam & receptas in Ecclesia, quarum tamen initium, vel auctor ante Ambr. non legitur: Et idem sumere licet ex Chryl. hom. 3. ad Philippenses: & ex Aug. tract. 84. in Ioan. & ex multis alijs, quæ supra adducta sunt tractando de oblatione huius sacrificij pro viujs & defunctis. Hoc deniq; confirmant antiquissimæ Liturgiæ, in quibus, quæ præcipua sunt in hoc Canone, vel quoad sensum, vel etiam fere eisdem verbis reperiuntur.

Secundo modo possunt intelligi illa verba Concilij de toto Canone, prout nunc extat; & hoc sensu est etiam verissima doctrina Concilij: quoniam, licet non constet, quando primum cœperit totus integer

Canon haberi, tamen constat, ante octingentos annos fuisse totum expositum ab Aluino libro de officijs Ecclesiasticis; quem posteriores imitati sunt. Item de Gregorio Mag. legimus, addidisse in Canone verba illa, Diesq; nostros in tua pace disponas, vt patet ex Beda lib. 2. hist. Anglicanæ, c. 1. & ex Ioann. Diacono, lib. 2. Vita Gregorij, c. 18. post Gregorium autem nihil ei additum esse legimus: & inde sumitur argumentum, quoad cætera omnia ante Gregorium fuisse perfectum. Idemq; argumentum sumi potest, quod de Leone I. refertur in vita eius, addidisse in Canone illa verba, (Sanctum sacrificium immaculatam hostiam) quod est signum, ante Leonem fuisse ordinatum Canonem, fere quoad reliquas omnes partes; & idem argumentum est de alijs Pontificibus, qui alia addiderunt, vt infra videbimus. Denique, quamuis daremus, Scholasticum illum, cuius Gregorius meminit, fuisse personam aliquam certam, cui compositio huius Canonis aliqua ratione tribuatur, non esset intelligendum, illum dedisse primum initium Canonis, aut omnes eius orationes composituisse; cum ostensum sit, multas earum esse antiquissimas: sed vel ad talem formam illum redegisse, & aliqua fortasse ex parte consummasse: ad eum modum, quo Basilius, & Chrysostomus Liturgias composuerunt: vel quo Gelasius fertur officia Ecclesiastica emendasse & ordinasse, & postea Gregor. I. vt ex ipso constat, lib. 7. Epistolarum, dicta epist. 63. & Gregor. etiam VII. vt constat ex cap. In die, de Consecrat. d. 5. Iuxta hunc ergo sensum, quamuis demus, Canonem esse ab Scholastico institutum, verum nihilominus est, quod Concilium dixit Canonem multis ante seculis fuisse institutum: quandoquidem Gregor. qui hoc refert, ante mille annos præcessit. Quamquam etiam dici potest, Gregorium non dicere, Canonem fuisse ab Scholastico compositum, sed precem aliquam, quæ post Canonem diceretur, de qua non satis constat, qualis fuerit: & aliqui existimant fuisse orationes, quæ dicuntur proxime post (Agnus Dei) alij vero illam, Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas. Addo deniq; non constare, ibi (Scholasticum) significare certam personam, sed generatim hominem doctum aptumq; vt scholæ Christianæ præesse posset: in hoc enim sensu interdum Gregor. vtitur illa voce, vt patet ex varijs eius epistolis, libr. 10. epist. 2. lib. 12. epist. 30. quomodo etiam vtitur illa voce August. Psal. 44. & Hierony. lib. de Scripturis Eccles. in Serapione, atq; in hac significatione sensus erit, Canonem compositum à viris doctis Ecclesiæ, recitari in sacrificio: vnde recte infert Gregorius multo magis recitandam esse orationem à Christo ipso traditam.

Ex his declarata & comprobata manet secunda propositio Concilij, in qua, non tam de auctore, quam de materia Canonis, seu de partibus, quibus constat, Concilium tractat: docetque totum constare ex verbis Christi, Apostolorum, aut Pontificum: Christi enim verba sunt in primis, oratio Dominica, vt perse constat: deinde ea, quæ ad formam sacramenti pertinent, eaque omnia, quæ in ipso met Canone à Christo dicta esse referuntur, siue in Euangelio contineantur siue non: nam, vt dixit Innocentius II. in cap. Cum Marthæ, de celebrat. Missarum, formam verborum, sicut in Canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis, eorum acceperunt successores: neque enim necesse est, vt omnia, quæ Christus fecit, aut locutus est, ab Euangelistis fuerint relata, vt ibidem late probat Innocentius: neque est verisimile, aliquid in Canone Missæ referri, vt à Christo dictum, nisi ex Apostolica traditione; à quo enim alio id disci potuisset? Atq; hinc fit, Apostolos, vt minimum addidisse Canonis illa verba, quæ ad historiam pertinent, seu quibus referuntur actiones seu verba, quibus Christus in hoc mysterio conficiendo, vsus est; qualia sunt saltem ab illis verbis, Qui

Aluini
Greg. Mag.
Beda
Ioan. Dia.
Basil.
Chryso.
Gelasius
Gregor. I.
Greg. VII.
August.
Hieron.
Innoc. 3.
Consecrati-
um notata
dignum.

Qui pridie, quam pateretur, vsq; ad illa, Hæc quotiescunq; feceritis, &c. hæc enim omnia infallibilè veritatem habere creduntur, non solum, quia in Scriptura continentur: aliqua enim ex eis in Scriptura non sunt, quæ tamen non sunt minus partes: ergo omnia habent certitudinem ex Apostolica autoritate, quæ perpetua traditio, & vniuersalis Ecclesiæ consensus ostendit. Nam, vt dixi, cum in his omnibus historia referatur, & non sit recepta ex speciali reuelatione, non potuit ab Ecclesia infallibili autoritate recipi, prout in Canone refertur, nisi ex Apostolica traditione, & autoritate, & ideo hæc omnia verba in speciali quadam reuerentia semper sunt habita: tum propter rationem dictam: tum propter specialem commemorationem actionis ipsius Christi: tum maxime, quia semper coniuncta sunt cum effectiōe diuinissimi mysterij. Et ita in Liturgia Iacobi, & alijs fere eadem habentur, & apud Ambrosium 4. de sacram. c. 7. Cyrill & alios antiquos Patres. De reliquis autē verbis Canonis, quæ sunt ex ore Petri, aut aliorum Apostolorum desumpta: quæ vero à Pontificibus eorum successoribus addita, non satis constat: neq; historia, aut Doctores antiqui hæc accurate distinguunt, præter pauca quædam, quæ, vel Leoni, vel Gregorio tribuuntur, vt annotauimus. Vtendo tamen supra adducta regula Augustini, lib. 4. de Bapt. c. 24. possemus & contrario dicere, omnia illa, quæ in Canone continentur, quæ nulli Pontifici attribuuntur, nec tempus, seu initium, ex quo in Ecclesia dici cœperunt, agnoscimus, verisimile esse, ab Apostolis esse desumpta. Quod præcipue verum erit, si non de minoribus rebus, nec de singulis verbis, sed de substantia Canonis, seu orationum eius, saltem quoad sensum, sermo sit: hoc enim modo oratio pro vniuersa Ecclesia, pro Regibus, pro viuis ac defunctis, & similia, ex Apostolica traditione sine dubio fuere desumpta: quamquam circa modum, vel ordinem, vel aliqua etiam verba, credendum sit, multa esse addita à posterioribus pontificibus, ab his præsertim, qui diuini officium in meliorem formam redegerunt. Denique, quod in Canone nihil, nisi ex Christo, Apostolis, aut Pontificibus, contineatur in hoc sensu accipiendum existimo, quod omnia in Canone contenta, prout ibi sunt, Pontificiam saltem habeant autoritatem & approbationem: nam, cum Canon sit regula quædam vniuersæ Ecclesiæ præscripta, quæ in mysterijs consociendis præteriri non potest, (vt Optatus dixit lib. 2. & 3. contra Parm.) saltem requirit Pontificiam approbationem, & autoritatem. Nihil autem verat, quo minus aliqua verba Canonis ab alijs fuerint prius inuenta, de illo Scholastico multum censent, aliquam precem Canonis ordinasse, imo etiam fieri potuit, vt aliqua verba ab alijs prius dici inceptum priuata deuotione alicuius particularis Ecclesiæ, vel religionis, & quod postea approbante Pontifice, in vsum Romanum accepta sint, vt Microlog. capit. 18. censet, de orationibus, quæ dicuntur post (Agnus Dei) ante communionem, quamuis ipse dicat, illas non pertinere ad Canonem, de quo infra dicemus: nam, vt videtur, ad modum tantum loquendi spectat.

Tertia, & quarta propositio Concilij simul explicanda sunt, & confirmanda: nam eodem fere pertinent, nimirum nihil esse in Canone, quod ad fidem & religionem Ecclesiæ non pertineat. Verumque autem potest in primis generali ratione probari: quia vniuersa Ecclesia non potest errare in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, cum sit sancta & columna, ac firmamentum veritatis, & cōsequenter, nec Pontifices errare possunt in rebus ad fidem, & mores pertinentibus, quas Ecclesiæ credendas, aut obseruandas tradunt & præscribunt: sed omnia, quæ in Canone continentur, ab vniuersa Ecclesia approbata, & vfu recepta sunt, & Pontificum, ac Conciliorum autoritate sunt firmata: ergo nihil potest in eo esse, quod

Ambros.
Cyrillus.

Optat.

Microlog.

3. & 4. Pro-
positio Con-
cilij expli-
catur.

verum ac religiosum non sit. Secundo in speciali hoc est ostendendum, breuiter per singulas partes Canonis discurrendo: & si quid obscuritatis vel difficultatis occurrerit, explicando. Solent autem partes Canonis varijs modis diuidi, vt videre licet in Innocent. & alijs autoribus, nos ad octo, vel nouem capita eas redigemus.

Prima ergo pars continet orationem, quæ dicitur ante viuorum commemorationem: in qua fit oratio ad Patrem, per Iesum Christum, pro vniuersa Ecclesia: nihil ergo in ea ratione reprehendi potest: nam & talis oratio fit à debito ministro, exercente munus suum mediatoris, & intercessoris inter Deum, & homines: fit etiam ad eum, ad quem maxime fieri debet, scilicet, ad Deum: specialiter vero dirigitur ad Patrem, iuxta Ecclesiæ consuetudinem, vt constat ex Concil. Carthag. III. capit. 23. nec propterea excluduntur Filius, & Spiritus sanctus (vt supra dicebamus cum Tertul. lib. de orat.) nam propter essentiam unitatem sub vna persona, alie intelliguntur in his, quæ de se communia sunt: fit autem specialis mentio Patris, vt commode possit per Christum oratio fieri, ne, aut tanquam filius totius Trinitatis, aut tanquam persona à tota Trinitate distincta nominetur, & ita in hac oratione (sicut in alijs fere Ecclesiasticis) seruetur forma insinuatà à Christo Domino, dicente, Io. 6. Si quid petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis. Rursus fit hæc oratio pro his, pro quibus maxime fieri debet, scilicet, pro Ecclesia Catholica, primum in generali, deinde in speciali, pro Pontifice, pro Episcopo, & Rege, vel Imperatore, ac tandem pro omnibus Orthodoxis, & fidei cultoribus, quod non est superfluum, vt quidam putant, eo quod Ecclesiæ, seu fideles idem sunt: quia prior oratio generalior fuit: hæc autem specialior: vnde in priori verbo, licet directe videatur tantum fieri oratio pro membris Ecclesiæ, tamen indirecte etiam pro alijs oratur, vt ad Ecclesiam adueniunt, & membra eius sunt: postea vero applicatur petitio specialis ad cultores fidei. Tandem, quidquid in ea oratione petitur, decenterissimum, & sanctissimum est, nimirum vt Deus Ecclesiam suam, eiusque membra pacifice, regere & cultodire dignetur, & ad hoc præstandum, acceptum habeat sacrificium sibi offerendum. Vnde etiam hæc oratio consentanea est his, quæ Paulus monet, 1. ad Timoth. 2. Vt orationes fiant pro omnibus hominibus, Regibus, &c. Sed dices, cum eo tempore, quo fit hæc oratio, nondum sit consecratio facta, nec presens Christus, incongrue vocari illa dona, sancta, sacrificia illibata. & magis incongrue propter ea aliquid peti. Respondetur, panem & vinum, propter distinctionem & pluralitatem materiae, vocari plurali (munera &c.) quæ sic etiam vocantur, quia, & nobis sunt à Deo donata, & quia, quæ de manu eius accepimus, prout possumus, redonamus illi: panis etiam & vinum in eius obsequium consumuntur: & hæc ratione vocantur (sacrificia) per anticipationem: quia sunt materia, ex qua consociendum est sacrificium: & eodem modo dicuntur (sancta) quia, & Deo dicata, & per consecrationem sanctificanda sunt (illibata) vero dicuntur, id est, pura, & immaculata, ad differentiam veterum sacrificiorum, quæ libaminibus indigebant, vt immolarentur. Per hæc autem dona, vt nunc coram Deo proponuntur, nihil postulantur, sed potius petitur, vt ea ita acceptare & benedicere dignetur, vt per eorum sanctificationem ea concedat, quæ postulantur. Dices, quid necesse est, benedictionem muneri postulare: cum talis benedictio in consecratione consistat, quæ non est nunc impetranda, sed infallibili lege, ex efficacia verborum perficienda? Responder D. Thomas hic ad 7. primo non esse inconueniens petere à Deo id, quod certissime scimus, eum esse facturum, vt noua ratione & titulo id promereamur. Secundo, posse consecrationem impediri per intentionem Sacerdotis. Tertio,

Tertio, & maxime ad rem, in his orationibus non tã postulari esse cõm consecrationis per verba, quam effectum ipsius sacrificij in his, pro quibus offertur, & ita in hac oratione petimus, vt Deus acceptet, & benedicat hæc dona ad totius Ecclesiæ fructum, & utilitatem. Deniq; totam hanc oblationẽ insinuat Clẽmens Papa, lib. 8. const. c. 12. Vnde eam illi tribuit Rodolph. de Canonis obleru. prop. vlt. eiusq; vsum insinuat Opat. lib. 2. contra Parm. illis verbis; Offerre vos dicitis pro Ecclesia, que vna est. Imò in illo c. 12. indicatur etiam specialis mentio, que in hac oratione fit, Summi Pontificis: sic enim dicitur; Adhuc obsecramus te pro me qui sum nihil: quando enim Summus Pontifex Missam dicit, non potest aliter suimet facere mentionem. Hinc etiam Pelagius, referente Alcuino, libro de diuinis officijs, c. de celebrat. Missæ, à communione separatos esse dicit, qui qualibet diffensione inter sacra mytheria Apostolici Pontificis memoriam secundum cõsuetudinem, non frequentans, & in Concilio Vasenti, sub Leone I. capiti. 4. ita præcipitur.

Clem. Pap. Rodolph. Opatum.

Pelag. Pap. Alcuin.

Cõ. Vasen.

Secunda pars

Dubij enodatio.

Luca 22.

August.

Quasi factus.

Innocent.

Conc. Mogunt.

Ambros. Cyril. Hierosol. August.

cap. 10. & Chrysof. Homil. 21. in Acta eiusdem Ecclesiastica consuetudinis meminerunt. Sed & his omnibus antiquior est hæc traditio. vt constat ex Clement. lib. 8. Constit. cap. 13. & Dionys. cap. 3. de Eccles. Hierarch. Vel certe hoc factum est ad commendandam Martyrij dignitatẽ: nam, quia in illo quodammodo Deo sacrificium offertur, merito in sacrificij oblatione specialis fit Martyrum mentio, vt significauit Augustinus, lib. de Sancta Virginitate, capit. 45. seu quia sanguinem pro Christo fundendo, eius passionis facti sunt veri imitatores, cuius in hoc sacrificio fit expressa representatio. Non omittitur autem Beatæ Virginis memoria: tum propter eius singulariorem excellentiam: tum etiam, quia plusquam martyr fuit, vt alibi latius. Quo loco se offerebat disputatio de cultu Sanctorum, sed de eare primo tomò dictum est. Vltimo inquiri potest, an illi, pro quibus Sacerdos hic specialiter orat, sint ab eo vocaliter nominandi, sicut nominantur Sancti, quorum hic fit mentio? Respondetur, antiquam Ecclesiæ consuetudinem huiusmodi fuisse, vt colligitur ex Innocentio I. epist. 1. ad Decent. & ex Gelasio, epist. ad Anastas. Augustum, & ex Augustino, epist. 137. iam vero non est in vfu: sufficit ergo, vt, aut mente, aut voce huiusmodi oratio fiat, vt notauit Gabr. lectio, 25. in Canonem.

Chrysof.

August.

Innocent.

Calaf.

August.

Gabriel.

Tertia pars

Canonis.

Notab.

Tertia pars continet illam orationem: Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiae tuæ, quæsumus Domine, vt placatus accipias, diesq; nostros in tua pace disponas, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Christum Dominum nostrum: quæ oratio continet petitiones rerũ maxime decentium, vt per se manifestum est: quare nulla indiget expositione aut defensione. Solum est aduertendum (propter Hæreticorum calumnias) cum in his orationibus, quæ consecrationem antecedunt, fit mentio oblationis: vel sermonem esse non de oblatione, quæ iã facta sit, sed quæ iam proxime paratur, & instat. ita vt signum illud demonstratiuum (hanc oblationem) nõ designet ad sensum præsentem materiam, quæ tunc præ oculis habetur: sed ad mentem designet oblationem proxime faciendam, quæ intentione præfens habetur. vel certe magis iuxta literalem sensum ipsorum verborum (qui ex præcedentibus orationibus, & ex sequente colligitur) possumus hæc interpretari de ipsa oblatione panis & vini iam facta, nõ tamen est in illa sistendum, nec existimandum (vt Hæretici calumniantur) quod per illam aliquid peramus: sed petimus potius, vt illam oblationem Deus ad exitũ perducatur, eius sanctificationem & consecrationẽ ita acceptando, vt nobis per eam placatus postulata cõcedat. Et vterq; sensus eodẽ reuoluitur: nõ, vt supra dixi, prior oblatio panis & vini non est sacrificiũ, sed præparatio sacrificij, vt euidenter etiã constat ex orationib. quæ post illam oblationẽ subijciuntur. In spiritu humilitatis & in animo cõtrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificiũ nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus, nondũ ergo factũ est sacrificiũ, sed faciendum paratur, & clarius in sequente oratione. Veni sanctificator, omnipotens, æterne Deus, & benedic hoc sacrificiũ, tuo sancto nomini præparatũ vera ergo sacrificialis oblatio non intelligitur esse, donec materia illa, quæ ad diuinũ cultũ dicata iã est, benedicatur & sanctificatur, nulla ergo petitio fit per hanc oblationẽ, sistendo in pane & vino, sed in ordine ad eorũ consecrationem, per quã Christi vere sacrificatur, & offertur: q; est petere per incruentã Christi sacrificacionem ex pane & vino, sub eorumq; speciebus faciendam, & propterea hæc oblatio dicitur (Seruitutis nostræ), seruitutis quidẽ per antonomasiam, illius sc. quæ soli Deo debetur, & [latria] dicitur: huiusmodi enim est seruitus sacrificij, vt in superiorib. diximus, & ideo à S. Clem. lib. 8. Constit. cap. 15. Missa vocatur [latria mythica] vt ibi notauit Turrian.

Turrian. & lib. 2. de Eucharistia, cap. 13. Epiphanius vero in Epitome Fidei, vocat (latrarium OEconomic) Ang. lib. 20. contra Faust. c. 21. simpliciter vocat: latræ cultum, Deo deſtitum. Noſtræ; autem dicitur in plurali, vel, quia plures ſunt offerentes ſimul cū Sacerdote, vel, certe, quia nomine totius Eccleſiæ hic cultus Deo offertur. Quomodo autē petamus à Deo numerari in grege electorum, cum electio æterna ſit, & abſq; meritis facta, attingit Gabriel, ſect. 33. in Can. ſed non pertinet ad hunc locum, breuiter ergo dicitur peti à Deo conſecutionem electionis, quod eſt petere æternam beatitudinem, in qua numerus electorum congregandus eſt.

4. Pars canonis.

Observandum.

Aliud notabile.

D Thom.

Aluvin.

Turrian.

Quarta pars illam orationem cōtinet. Quam oblationem tu Deus in omnibus quaſumus benedictā adſcriptam, ratam, rationabilemque facere digneris, vt nobis fiat corp⁹ & ſanguis dilectiſſimi filij tui, Domini noſtri Jeſu Chriſti. Circa quā orationem, quoniam obſcurior eſt reliquis, primo obſeruandum eſt, illam eſſe antiquiſſimam: nam eiſdem vere verbis illam cōmemorat Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 5. dicens: Dicit Sacerdos: Fac nobis hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem. Ex quo ſumo cōiecturam, ante Gregorū, hanc præcedentem orationem vnā & eandem fuiſſe: nam, vt fere omnes ſcriptores referunt, ex Bedæ, & Ioan. Diacono ſupra citatis, Greg. addidit præcedenti orationi tres petitiones, ab illis verbis (Diesq; noſtros, &c.) vſq; ad finem huius orationis. Quibus ſublatis, neceſſe nō erat, has duas orationes diſtingui, ſed ita continuari. Hęc oblationem, quaſumus Domine, placatus accipias, & benedictam, &c. facere digneris, ne eiſdem oblationis tam frequens fieret repetitio abſq; neceſſitate, & pauciſſimis interiectis verbis. Quicquid vero ſit de hac coniectura, facta tamen illa additione per Greg. optime orationes hæc diſtinctæ ſunt. Secundo eſt obſeruandum, eiſdem oblationis mentionem eſſe in hac, & in præcedente oratione, vt manifeſte conſtat ex illo relatiuo (quam oblationem) & ideo vtraque commodius intelligitur de oblatione panis & vini, iuxta ſecundum ſenſum ſupra tractatū: quia ſtatim petitur, vt panis & vinum ſiant corpus & ſanguis Chriſti, quamuis etiam poſſit hæc oratio ad alium ſenſum accommodari, vt ſtatim dicam.

Tercio igitur, vt explicemus, quid in hac oratione & cur petatur, obſeruandum eſt: ex D. Thomæ, hic ad p. dupliciter poſſe exponi. Primo, vt tota petitio referatur ad ipſius materiæ conſecrationem, nihilq; aliud in ſumma petatur, quam, vt ex pane corpus, & ex vino fiat ſanguis Chriſti, vt hoc modo ac per ſalem tranſmutationem, oblatio ipſa panis & vini fiat (benedicta) illa enim eſt ſumma benedictio & ſanctificatio, quæ in illam materiam ſuperuenire poteſt: vnde ipſa met conſecratio (benedictio) ſolet à Patribus appellari, vt ſupra vidimus, agentes de forma huius ſacramenti. Item, vt fiat (adſcripta) id eſt diuina virtute, & quaſi nomine eius, ſubſcripta & firmata. Poteſt etiam referri hoc verbū ad ea, quæ de hac conſecratione ſcripta ſunt: ita vt poſtuletur, vt hæc oblatio talis fiat, qualis ſcripta eſt, & promiſſa illis verbis Chriſti (Hoc facite): adſcriptum enim dici poteſt, quod eſt ſcripto conforme: vnde hoc etiam verbum referunt quidā ad veterem ſcripturam, in qua Chriſtus ſub velamine litteræ, & figuris ſenſibilibus latebat, ita vt petitio ſit, vt Chriſtus ipſe ſub pane & vino nobis detur: qui ſub ſcriptura veteri & figuris eiſ latebat. Melius vero priori modo exponitur (adſcripta) id eſt, definita, & ſtatuta à Deo, vt per eam nobis propitiuſ fiat. Aliter Aluvinus (adſcriptam) exponit, id eſt, annumeratam in his, quæ Deo maxime placent. Aliter Odo Cameracenſis (Adſcriptam) id eſt. Verbo diuino incarnato adiunctam. Eſt enim, inquit, Verbum veluti ſcriptum quoddam, quaten⁹ eſt figura & imago Patris. Aliter Turrian. lib. 8. Conſt. c. 12. [adſcriptam] interpretatur, id eſt [in circumſcri-

ptam] ſeu quodammodo immenſam & infinitam. Et ne vim verbo facere videatur, ait, ſe legiſſe in quadam Miſſa Græcâ, quam B. Petrus dicebat, loco illius vocis hanc Græcâ ἀπεριγραπῶν quæ in circumſcriptum ſignificat. Præterea poſtulat: vt per conſecrationem fiat [rata] id eſt vera: non n. eſt hæc vera ſacramentalis oblatio, niſi conſecratio valida ſit, & efficax: quomodo dicere ſolemus, ſacramentum eſſe ratum, quando vere factum: dici etiam poteſt [rata] id eſt, firma, ſtabilis, ac perpetua: nam corpus Chriſti, quo ſanctificatur, perpetuum eſt. Vnde aliter ex Turrian. ſupra [rata] id eſt, firmæ & cōſtantis deſenſionis pro peccatis noſtris corā tribunali Dei, hoc eſt, vt ſit firma ad imperrandum, & efficax ad operandum virtute propria. Petitur etiam, vt fiat [rationabilis] id eſt, rationalis hoſtia, vt ſumitur ex Clem. lib. 2. c. 24. clem. & lib. 6. c. 23. quia per illam conſecrationem ſit, vt iam non ſimplex panis & vinum: nec ſanguis hircorum, aut vitulorum, ſed Chriſtus ipſe: qui non ſolū rationalis eſt, ſed æterna ſapientia & ratio, offeratur. Denique per eandem mutationem ſit maxime acceptabilis hæc oblatio: quia iam, non ex dignitate offerentium, ſed ex re ipſa oblata, gratiſſima Deo eſt, & maxime accepta: nam per illam mutationem panis ſit corpus illud, quod Deus adaptauit, vt veteribus repudiatis ſacrificijs, eo placari poſſet, ad Hebræos 2. Iuxta hanc vero expoſitionem ſolum reſtabat exponendum, cur hæc petitio fiat, ſed ad hoc reſponſio data eſt circa primam orationem.

Secundo modo exponi poteſt hæc petitio, vt non ſimpliciter ſit de conſecratione ipſius materiæ, ſed de illa in ordine ad effectum in nobis faciendum, & ad oblationem noſtram, & viſi fieri poteſt in verbo illo, (Vt nobis fiat) quia nō petitur, vt ſimplex fiat, ſed, [vt nobis] id eſt, ad profectum, & bonū noſtrū fiat. Sicut paſtoribus dictum eſt ab angelo, Natus eſt vobis Saluator, id eſt, in commodum & vtilitatem veſtram. Vt ergo hoc modo nobis fiat corpus & ſanguis Chriſti, poſtulamus, vt eius oblatio ſit [benedicta] id eſt, benedictionem Dei ita continens, vt eam cumulatiffime nobis conferat. Quomodo Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 17. Euchariftiam ipſam [benedictionem] vocat, dicens: Sicut paruum fermentum totam maſam fermentat, ita parua benedictio toti hominem in ſemetipſum attrahit, & ſua gratia replet. Itē petitur, vt ſit [adſcripta] id eſt, per quam nos in celo adſcribamur, [rata] per quam in viſceribus Chriſti cenſemur, [rationabilis] per quā à beſtiali ſenſu exuamur, [acceptabilis] per quam ei acceptabiles reddamur. Ita igitur nomine Ang. in c. Vtrum ſub figura, de Conſecr. d. 2. habet autem ea verba Palch. lib. de corpore & ſanguine Domini, c. 4. Poteſt etiam dici [adſcripta] in hoc ſenſu, id eſt, in numerum placitorum Deo recepta, vt dixit Aluvin. vel [adſcripta] id eſt, vero corde, & quaſi proprio nomine fideliter ſubſcripta, [rata] etiam, id eſt, ſtabilis, conſtans, atq; fidelis, [rationabilis] id eſt, recta ratione & honeſta cauſa facta: nam, ſi hæc omnia habeat, non poterit non eſſe acceptabilis, & ideo merito petimus, vt oblatio, que per ſe acceptabilis eſt, ex parte noſtra non diſſipet, & in acceptabilis reddatur. Eſt ergo in vtroq; ſenſu, prima atq; irrehenſibilis proſus hæc oratio.

Quinta pars canonis continetur illis verbis [Qui pridie, &c.] vſq; ad illa, Hęc quotieſcumq; feceritis, &c. de qua nihil nobis dicendū ſuper eſt, niſi q. hæc eadem verba leguntur apud veteres, vt patet ex Ambr. brof. li. 4. de Sacram. c. 5. & fuiſſe in vſu Apoſt. ab Aluvin. c. 1. ſic ſcribit, In ſacramentori quoque oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius, cuius corpus, & ſanguis conſicitur, paſſio celebretur, & referretur in caput. Sacramentorum, de conſecratione, diſtinct. 2. Nō videtur autem, quid ſit, paſſionem Domini

Domini misceri, vel celebrari, nisi expressam eius mentionem fieri, vt in illis verbis fit. Qui pridiequam pateretur: & ita intelligunt V Valfridus Strabo de rebus Eccles. cap. 22. & Microlog. de Eccles. Obseruat. ca. 12. Sed, vt verum fatear, hoc ex prædicta Epistola colligi non potest: nam statim post prædicta verba additur. Ita vt repulsis opinionibus, superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur: & infra reddit rationem, cur aqua & vinum permixta offerenda sint: Quia sanguis, & aqua ex latere Christi in Passione sua profuxit: ergo, quantum ex illo loco colligitur: illa Passio commemoratio, non in verbis, sed in factis ipsius posita fuit. Nihilominus tamen, quod etiam in verbis hoc addiderit Alexander significat Damasus in Pontificali, dicens: Hic Passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missa celebratur: & clarius Platina: Alexander (inquit) Primus ob memoriam passionis Christi in sacrificio addidit; Qui pridie, quam pateretur, vsq; ad hanc clausulam: Hoc est corpus meum: Sed, cum in his verbis aliqua contineantur, & referantur de Christo, que in Euangelis non leguntur, qualia sunt, eleuasse oculos in cælum, & dixisse in verbis calicis: Eterni testamenti mysterij fidei: vt notauit Innoc. in capitul. Cum Martha. de Celeb. Missar. Imo & illa particula (Manducate. Ex hoc omnes) illo modo in Euangelio non legitur: sed solum (comedite) aut (sumite) postea vero circa calicem legitur (Bibite ex eo oēs) Cum hoc inquam ita sit, dubitari non potest: quin hæc verba ab Apostolis manauerint, vt supra dixi: & quod in Ecclesia Romana, traditione retenta fuerint: fortasse tamen non erat quasi lege receptum & sancitum, vt omnia hæc dicerentur, & nonnulla forte varietas, successu temporis introduci cepit: & ideo Alexand. I. ordinare & præcipere potuit, vt omnia illa verba, præscripta & certa forma dicerentur. Cetera, quæ ad explicationem horum verborum pertinent, in superioribus copiose tractata sunt.

Sexta pars canonis continet illam orationem, (Vnde, & memores: Domini nos serui tui, &c.) vsq; ad illud (Memento etiam Domine.) nam, licet illa videatur tripartita oratio, tamen vna est quasi continua, quæ illis verbis concluditur: Per eundem Christum Dominum nostrum. & magna ex parte habetur apud Ambrosium, lib. 4. de Sacrament. c. 6. & lib. 5. c. 4. & similia fere habentur in omnibus liturgiis, & apud Clement. libr. 8. cap. 12. In principio igitur huius orationis, solum fit quædam repetita oblatio eiusdem hostiæ: quæ ob reuerentiam, & deuotionem augendam dignissimis encomiis laudatur, cum dicitur: Hostia sancta, pura, immaculata. Quæ verba posita videntur ad imitationem Pauli ad Roma. 12. dicentis: Hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Dicitur vero hæc hostia offerri ex Dei donis ac datis: vel quia ex pane & vino effecta est, vt sentit Innocentius, libro 5. capit. 3. vel certe, quia Christum ipsum continet, qui nobis à Deo datus est. Isaia. 9. & Ioan. 3. prius in redemptorem, postea in sacram hostiam, & panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis, seu potum salutis perpetuæ. Rursus hæc oblatio merito fieri dicitur in memoriam Christi, & mysteriorum Passionis, & Resurrectionis eius: tum, quod ita ipse præcepit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem: tum quod in hoc mysterio, quædam confessio & commemoratio fit, quod pro nobis Dominus mortuus sit, & reuixerit, vt ait Cyrillus, lib. 12. in Ioan. capit. 58. tum denique, quia hæc commemoratio sola est, quæ Deum faciat hominibus propitium, vt ait Origen. homil. 13. in Leuit. In altera vero parte huius orationis ab illis verbis, (Supra quæ propitio) postulatur, vt Deus acceptet hoc sacrificium, sicut Abelis, Abrahæ & Melchisedech sacrificia acceptauit. In quo primum obseruandum est propter hereticorum calumnias, hic non orari, vt Pater in Filio suo complaceat: neque vt propitio ac sereno vultu Franc. Suarez. Tom. 3.

Christum respiciat, sed vt oblationem corporis & sanguinis Christi, quatenus à nobis progreditur, illi acceptam, ipso adiuuante, reddamus: atque ita, vt nos propitio vultu aspiciat, quatenus hoc modo acceptam habeat nostram oblationem, etiam vt à nobis offerentibus progreditur. At hoc modo fit comparatio cum sacrificiis Abelis & aliorum: scilicet, quantum ad fidem & iustitiam offerentium, per quam sacrificia Abelis & Abrahæ placuerunt, Genes. 4. ad Hebræos 11. non quantum ad valorem ex parte rei oblatæ: quia in hoc nulla est comparatio, sed infinita quædam distantia. Hic vero se offerebat disputatio de his sacrificiis, præsertim Melchisedech, sed de illo fusè à nobis dictum est in to. 1. circa quæstionem 22. D. Thomæ.

Vltimo notanda sunt illa verba vltima huius partis: Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam: quæ addita sunt à Leone Primo vt supra notauimus, Leo I. & affirmant omnes authores supra citati, qui de his mysteriis scribunt. Est autem obsecrum, quod dicitur sacrificium dicatur hic (Sanctum & immaculatum,) an, scilicet, sacrificium Melchisedech, ita vt hæc verba sint coniungenda cum his, quæ immediate præcedunt: Et quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, immaculatam hostiam: an vero in eis verbis sit sermo de Eucharistia sacrificio: & verba hæc coniungenda sint cum illis prioribus. Et accepta habere, digneris sanctum hoc sacrificium, immaculatam hostiam, sicuti accepta habere dignatus es, &c. Vtrobique enim modo possunt accipi hæc verba, quæ in omni rigore & proprietate in nostrum sacrificium conueniunt, illud enim solum per se sanctum est, & immaculatum. Et si sacrificio Melchisedech tribuantur, maxime illi conueniunt quatenus fuit propriissima figura huius sacrificij, id eo enim illius hic fit specialis commemoratio: sicut etiam fit commemoratio sacrificij Abel, & Abrahæ: quia fuerunt singulares figure sacrificij crucis Christi, in lege naturæ: sacrificia enim vetera hic commemorari non debuerunt, quia per Missæ sacrificium euacuata sunt.

Additur vltimo in tertia parte huius orationis, deprecatio angelici ministerij, seu intercessionis, vt per participationem huius mysterij omni benedictione cælesti, & gratia repleamur. Cum ergo petimus: deferri hæc dona in sublime altare in conspectu diuinæ maiestatis, non sunt verba materialiter intelligenda de motu locali, aut altari corporeo: crassa n. esset hæc interpretatio: sed intelligenda sunt metaphorice, & spiritualiter ad eum modum, quo Apocalyp. 5. viginti quatuor seniores dicuntur habere phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum: & clarius cap. 8. Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu angelorum Deo. Et Tobia. 12. Angelus dicit Tobia: Ego obtuli orationem tuam Domino. Sic ergo in presente oratione petit Sacerdos, vt nostra oblatio angelorum intercessione, & oratione Deo presentetur, & iuuetur: vtq; nobis impetrent dispositionem necessariam, vt per hanc oblationem, eiusque participationem, diuinam benedictionem consequamur. Altare ergo Dei in cælo nihil aliud est, quam Thronus diuinæ Maiestatis, vt in dicto loco Apocalyp. significatur, vel humanitas Christi, per quæ vota nostra Deo presentamus; vel certe vt cælum ipsum, in quo non solum altare, sed etiam templum & tabernaculum esse dicitur; vt notauit Irenæus, lib. 4. contr. Hæres. cap. 3. 4. & Augustinus enarrat. 2. in Psal. 25. Dicuntur autem vota nostra deferri ante conspectum Dei per angelos, non quia per illos innotescant apud Deum, sed, quia, & nostram imbecillitatem suis precibus adiuuant, &

VValfr. Strab. Microlog.

Damasus Platina.

Innocent.

Alexand.

6 Paris canonis.

Ambros.

Clemens.

Innocent.

Isaia 9. Ioan 3.

Cyrril.

Origen.

Sacrificium Melchisedech fuit propriissima nostri sacrificij figura.

Apocal. 5.

Tobia 12.

Irenam.



diuinam voluntatem super eis consulunt : & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, sic nobis apponent, sicut oportere intellexerint: vt scribit Augustinus, Epi. 121. *De orando Deum ad Paulinam*, cap. 9. & lib. de diligendo Deum, cap. 3. & ad hanc petitionem Ecclesiae confirmandam confert, quod Chryso. homil. in Encarnis late tractat de modo, quo angeli assidentes huic sacrificio pro hominibus intercedunt, quod in superioribus etiam saepe a nobis tactum est. Sunt vero, qui nomine (Sancti angeli) in hac oratione Christum Dominum, qui est magni consilij Angelus, interpretentur, vt hic D. Thomas ad nonum attigit, & Algerus lib. de hoc Sacramen. cap. 14. Tamen Ambros. citato loco, in plurali dicit, per manus angelorum tuorum.

August.

Chryso.

D Thom. Albertus. Ambros.

7. Pars cano. nin.

Apocal. 14.

Hieron.

Clemens. Chryso. Augustinus. Cyrill. Hieron.

Alcun. Cyprian.

Ambros. Epiph.

V. Synod.

8. Pars cano. nis.

V. Val. Stra. Innocen.

Quaestio satisfit.

Septima pars continet orationem pro defunctis, in illis verbis: Memento etiam Domine: &c. quae, quia solum fit pro iustis, ideo dicitur fieri pro his, qui nos praecesserunt cum signo fidei: & in Christo quiescunt & dormiunt in somno pacis, nam de iustis dicitur, Vt requiescant a laboribus suis Apocalyp. 14. eorumque mors, non mors, sed dormitio, & somno appellatur, vt ait Hieronym. Epistol. 29. ad Theodorum. Quia vero solum haec oratio fit pro his, qui adhuc purgantur, ideo eis locum refrigerij, lucis, & pacis deprecatur. Quam etiam consuetudinem in Ecclesia esse antiquissimam, constat ex omnibus liturgijs saepe citatis, & ex Clem. li. 3. c. 47. esseque Apostolicam traditionem docet Chryso. hom. 3. in Epistolam ad Philippen. & August. ser. 32. de verbis Apost. & Cyrill. Hierosolym. Cath. 5. mystag. & plura supra adduximus agentes de his, pro quibus hoc sacrificium offertur. Quin potius olim solebat fieri haec defunctorum commemoratio, eorum nomina aperte recitando ex dyptichis, vt ait Alcun. supra, id est, ex tabellis, in quibus erant scripta. Vnde est illud Cypriani, lib. 1. Epist. 9. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros auocare voluit. Et Ambros. oratio. de obitu Valentiani. Quis prohibet innocios nominari: Epiph. haer. 75. In his, qui vita defuncti sunt ex nomine memorias faciunt, &c. Sic etiam intelligitur, quod ex V. Synod. Act. 1. legitur in c. Sane. 24. q. 2. Eos, qui in iuste condemnati sunt, reuocauerunt post mortem, & in sacris dyptichis scripserunt, &c. Iam vero illa consuetudo cessauit, & pro arbitrio, vel obligatione sacerdotis fit secreta haec commemoratio, sicut de oratione pro viuis diximus.

Octaua pars, quae incipit illis verbis, Nobis quoque peccatoribus: continet aliam orationem, in qua iterum fit Sanctorum commemoratio, eorumque confortium, & societatem sibi & alijs sacerdos humiliter postulat per Christum Dominum nostrum. In qua oratione illud in primis annotatione dignum est: ex duodecim Apost. priori loco commemoratis, solius Ioan. nomen hic repeti: propter quod V. Valfrid. Strabo, c. 22. censet, hunc Ioan. non esse Euangelistam, sed Baptistam. Innoc. autem dicit, Ioannem Euangelistam bis nominari, propter Virginitatis prerogatiuam. Illud est consideratione dignum, quod Steph. hic prius nominatur, quam Matthias, fortasse, quia prius Martyr fuit: Matthias vero priori loco praetermissus est, fortasse, quia ad Apostolatū post Christi ascensionem assumptus est. Paul. vero propter singularem prerogatiuam prius nominatur, quam in huiusmodi rationibus reddendis non oporteat immorari: quia haec, & similia, saepe, vel casu, vel ex aliqua peculiari deuotione possunt accidere. Inquirere vero aliquis potest, quomodo dicatur Deus non aestimator meriti, in admittendis hominibus ad Sanctorum societatem, & partem beatitudinis, cum confitetur, illam beatitudinem, non dari, nisi pro ratione meritorum. Respondetur ad confortium Sanctorum obtinendum, non solum gloriam, sed etiam gratiam & peccatorum veniam esse necessariam. Atque hoc totum in

hac oblatione postulatur, vt patet ex verbis illis (forti aestimator meriti sed venia, quae sumus, largitor, admittite) & considerando Deum, vt largitorem omnium horum bonorum, verissime dicitur, non esse aestimatorum meritorum: nam, licet, post collatam gratiam & veniam peccati, aestimet merita ad dandam gloriam, tamen gratiam ipsam dat sine meritis proprijs, per Christum Dominum nostrum. Adduntur vero consequenter in illa oratione, ad commendandam Christi maiestatem & excellentiam, illa verba, Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, &c. ex quibus primum illud verbum (creas) proprie referri videtur ad materiam remota panis & vini, quae per Christum quotidie procreantur: potest etiam referri ad ipsum sacramentum: eo loquendi genere, quo Sancti interdum dicunt, hic corpus Christi creari, vt supra visum est: propriissime vero illi conueniunt sequentia verba, scilicet (Sanctificas) consecratione, scilicet, quia cibus hic sacer & sanctus efficitur. (Viuificas) quia fit caro Christi viuus, & viuificatiua: (Benedicis) quia benedictionem & efficaciam recipit, da spiritualia bona nobis praestanda, (Et praestas nobis) quia totum hoc beneficium nobis collatum est. Ita ferè Alcun. supra, & Amalar. li. 3. de Ecclesiast. offic. c. 26. & Hugo Vid. li. 2. de diuin. offic. c. 36. Tandem additur de eodem Christo. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus sancti omnis honor & gloria per omnia saecula saeculorum. Quae verba fere reperiuntur apud Ambros. lib. 6. de Sacramen. c. 5. vbi habet duo verba, In quo & cum quo, non tamen illud, Per quem est tibi gloria. Ita quod illa duo videntur proprie ratione diuinitatis Christi in eum conuenire, nam, vt idem dicit Ambros. li. 4. de fide c. 4. Cū Patre & in Patre semper est Filius, & ideo cum ipso glorificatur, tanquam aequalis: & in ipso tanquam imagine substantiali glorificatur Pater: Per ipsum, autem videtur referri ad Christum, vt Deum hominem, per quem, vt per mediatorem, Deus honoratur. Vnde eleganter Basil. li. 2. de Spiritu sancto, c. 7. Vobis, inquit, qui Christum diligitis, dico Ecclesiam vtrumque harum vocum vsum agnoscere, neutrumque rejicere, quasi alter alterum deitatur, cum enim in Vnigenito naturae maiestatem ac dignitatem excellentiam contemplantur, tribuimus illi gloriam cum Patre, rursus cum conideramus, quae bona in nos contulerit, aut quomodo nos ipsos ad Patrem adduxerit, confitemur, hoc beneficium per ipsum, & in ipso peractum esse in nobis: vt altera particula (cum quo) propria sit glorificanti: altera (per quem) sit propria gratias agenti. In quibus verbis videtur Basil. non distinguere inter illos duos terminos, cum ipso & in ipso: possent tamen distingui modo supra dicto, vt (cum ipso) dicat concomitantiam & aequalitatem adorationis: (in ipso) autem dicat, identitatem substantiae: sicut dicti potest Pater videri cum Filio, & in Filio. Imo & particula (per ipsum) potest Christo, vt Deo attribui. Nam sicut Pater per Verbum omnia creauit, ita per Verbum glorificatur ab omnibus. Verum est, Arianos olim abufos esse his vocibus, ad significandam eorum inaequalitatem trium personarum, non dicebant, Gloria patri, & Filio & Spiritu sancto: sed, Gloria Patri, per Filium, in Spiritu sancto: vt refert Theod. li. 2. hist. c. 24. & Sozomen. li. 3. cap. 18. Ecclesia vero Catholica, ad euitandam fraudem huius erroris, instituit (vt creditur) in Concilio Nigeno, vt diceretur, Gloria Patri & Filio, & Spiritu sancto. Tamen, seclusa fraude & abusu haereticorum, in illis terminis nulla in rigore significatur inaequalitas, vt declaratum est. Possunt demum illae tres voces Christo, & in ipso radicate & fundate, tanquam palmites in vite: & cum ipso, tanquam cepti nostri: omnes nos glorificamus Patri & Filio, & Spiritum sanctum, semperque glorificamus, per omnia

omnia secula seculorum. Et in his verbis censetur canon finiri: nam, quæ non sequuntur, magis sunt præparaciones quædam ad communionem. Vnde in die Parasceues, quando non fit consecratio, neq; offertur verum sacrificium, omittitur omnia, quæ dicta sunt. Sed inmediate post ablutionem manuum, fit transitus ad orationem Dominicam. Ex quo potest obiter confirmari, quod supra dicebamus, sumptionem sacramenti, non pertinere ad essentiam sacrificij: nam canon, qui continere censetur actionem sacrificandi, prius finitur. Et postea ad communionem fit præparatio. Atq; ita sumitur, vt supra notauit ex Gregorio, libr. 7. Epist. 63. & Micrologo, c. 19. & V. Valfrido Strabone, c. 22. Recentiores autem expostitores sub canone comprehendunt omnia, quæ sequuntur vsque ad consumptionem sacramenti: quod pertinet, vt supra dixi, ad modum loquendi. Et ita etiam nos procedimus, quia non habemus aliud nomen, quo hæc omnia comprehendamus: & omnia hæc continetur sub regula præscripta sacrificandi, quam nomen canonis proprie significat.

Igitur post omnia prædicta non loco recitatur Dominica oratio: & quidem nonnulli putant, Gregorium primum instituisse, vt oratio Dominica in Missa diceretur, propter ea, quæ ipse dicit, libro 7. Epistol. 63. tamen sine dubio est multo antiquior consuetudo: imo Hieronymus, libro 3. contra Pelagium, significat, Christum docuisse Apostolos, vt quotidie in corporis illius sacrificio audeant loqui, Pater noster, qui es in cælis, & cæc. Et idem sumit ex Tertull. lib. de Orat. c. 9. Ambrosio, 5. de Sacrament. c. 4. Augustino, serm. 28. de Verbis Domini, & libro 50. homiliar. in hom. 42. & Epist. 59. Cyrillo, Hierosolymitano, Catech. 5. mystag. imo & Gregorius ipso citato loco dicit, Apostolos, antequam alias Missæ preces inchoare inciperent, ad hanc solummodo orationem oblationis hostiam consecrassent: & ibid. ait, apud Græcos solere dici ab omni populo: apud Latinos autem à solo sacerdote: non ergo hanc consuetudinem (vt quidam volunt) Gregorius introduxit, sed veterem, si in aliqua re fortasse collapsa erat, reparauit, vt ibidem ipse significat, vel, si forte in alio loco Missæ dicebatur, ipse ordinauit, vt statim sicut nunc dicitur, post canonem diceretur: optimè enim in eum locum cadit. Nam, cum in ea panem nostrum quotidianum, seu super substantialia petamus, recte tunc dicitur, quando sacerdos se, & populum ad huius cælestis & super substantialis panis sumptionem proxime incipit præparare.

Nec solum recitatio huius orationis, sed etiam illa verba præambula, quæ ab Ecclesia dicitur: Preceptis salutaribus moniti & diuina institutione formati, & c. factis antiqua sunt, vt ex Alcuino, citato loco sumere licet, & indicat hoc ipsum à Hieronymo, dicto libr. 3. contr. Pelagianos, in illo verbo: Vt quotidie audeant loqui, Pater noster, & fundamentum habet in Cypr. in expositione orationis Dominicæ dicente. Quia inter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina, quibus populo suo consuluit ad salutem, et orandi ipse formam dedit: & inf. Quod nomē nemo nostrum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Deinde addit sacerdos illam orationem: Libera nos quæsumus Domine: in qua illam vltimam petitionem orationis Dominicæ, (Libera nos à malo) amplificat, & magis in specie proponit, vt Alcuinus, & alij Scriptores Ecclesiastici notant, applicando, & ad mala præterita, vt nobis remittatur, & ad præsentia, vt ea declinamus: & ad futura, vt ea caueamus: vt in simili ait Ambrosius, serm. 8. in Psal. 118. Item applicatur ad liberationem à malis culpæ, & à malis etiam temporalibus, seu perturbationibus omnibus: ad quod obriendum, pax est à Deo postulari, adiungit aliquorū Sanctorum intercessione. Addunt vero Microlog. c. 23. & Rudolphus de Can. obser. propof. 23. posse sacerdotem nominare alios, si voluerit, quod non video, Franc. Suarez. Tom. 3.

cur hoc loco potius, quam aliis illi permittendum sit; securus ergo, meo iudicio, videtur, nihil addere his, quæ ab Ecclesia in canone præscripta sunt, vt inferius latius dicemus. Quia vero sacerdos pacem postulauerat, pacem veram deinde populo imprecatur, dicens: Pax Domini sit semper vobiscum: populo aut respondente (Et cum spiritu tuo) sacerdos dum Christi Domini corpus sanguini miscet, profert illam orationem, Hæc commissio & consecratio, & c. quæ omnia sunt satis antiqua, vt constat ex Alcuino, & aliis scriptoribus. Imò, & pacis dandæ in Missa meminit Clément. libr. 8. Constit. capitul. 18. Dionysius, capit. 3. Ecclesiast. Hierarch. Chrysof. homil. 18. in 2. ad Cor. & Optatus Mileuit. lib. 3. contra Parmen. Non potuisti, ait, prætermittere, quod legitimum est: Vt dixisti, Pax vobiscum. Sed circa illam orationem, Hæc commissio & consecratio, & c. diligenter obseruandum est, alios quos non legere verbum (consecrationis) sed (commissionis) tantum, vt Amalarius, libro 3. capit. 31. & Innocentius, libro quinto, capite secundo, qui etiam legunt (Fiat commissio.) vnde, quia consecratio tunc non fit, sed facta iam est, ideo fortasse illud verbum omittunt. Tamen in ordine Romano vtrumq; verbum (commissionis) scilicet, & (consecrationis) habetur, & apud Micrologum, capit. 18. & ita est seruandum, prout nunc in Missali habetur (Hæc commissio & consecratio) non n. petimus, vt consecratio de nouo fiat, sed, vt fiat accipientibus nobis in vitam æternam: vel certe, quod probabilitate non caret, consecratio ibi non sumitur pro cõfectione sacramenti, sed pro noua quadam significatione, quam species sacramentales per illam commissionem accipiunt: prius enim passionem tantum Domini significabant: iam vero commissæ, eius gloriosam resurrectionem indicare incipiunt. Quomodo autem corpus & sanguis Domini misceri dicantur, & per quandam denominationem ab ipsis speciebus sacramentalibus, dictum est supra, cum de mutationibus huius sacramenti ageremus. Post hæc sequitur (Agnus Dei, & c.) ex institutione Sergij Papæ, vt referunt Amalar. lib. 3. capitul. 33. Strabo, cap. 22. Microlog. capit. 18. sed Chrysof. Sergio antiquior, hom. 41. in 1. ad Corint. hanc cæremoniã indicat, dum ait. Nec frustra memoriam mortuorum inter sacra mysteria celebramus, aut accedimus pro istis, agnum illum iacentem, & peccata mundi tollentem deprecantes. Continent autem hæc verba in primis veram de sacramento Eucharistiæ confessionem, dum per illa ad Christum ibi realiter præsentem oramus: continent etiam latræ adorationem: quia, vt Augustinus dixit, Psalm. 98. Nemo Christi carnem manducat, nisi prius adorauerit. cõfitent nostrorum peccatorum, & infirmitatis nostræ confessionem: ac deniq; diuinæ misericordiæ & potentiæ confessionem continent. Tandem adiungit sacerdos tres orationes, quibus, & Ecclesiæ pacem: & sibi condignum sacramenti fructum postulat: atque ita sacramentum sumit, adiungens sacras alias ac breues preces, quæ in Missali habentur, & nulla indigent declaratione. Ex his ergo omnibus satis constat, verissimum esse, quod Concilium dixit, in toto canone Missæ nihil esse, quod non verum sit, & pietatem sanctitatemque non redoleat.

SECTIO III.

Vtrum teneatur sacerdos sub præcepto omnia dicere, quæ in Missali præscribuntur.

DVo possunt in hoc dubio quæri. Primum, an teneatur Sacerdos, nihil omittere eorum, quæ præscripta sunt. Secundum, an teneatur nihil eis addere.

Dico primo, teneri sacerdotes ad seruandum integrum ritum Missæ, prout in Missali statutus ac

Greg. Microlog. Strabo.

Nomen canonis, equum sacrificandi præscripta proprie significat. Hieron.

Tertull. Ambros. August. Cyrillus Gregor.

Alcuin. Hieron. Cyran.

Alcuin.

Ambros.

Microlog. Rudolph.

Alcuin. Clem. Dionys. Chrysof. Optat.

Amalar. Innoc.

Amalar. Strabo. Microlog. Chrysof.

Conclus.



definitus est. Probatum primo ex Concilio Tridentino, sessione. 2. a. capit. de obseruandis in celebratione Missæ. Secundo, ex verbis Pij Quinti, in principio Missalis, Mandantes, & strictè omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt Missam, iuxta ritum, modum ac normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur, decantent ac legant, quod intelligendum est, seclusis priuilegijs, tamen, qui illis gaudent, tenebuntur, seruata proportione, ea dicere, quæ in Missali sibi permisso continentur. Tertio accedit ratio huius præcepti, quia hæc res grauis est, & ad debitum cultum diuinum spectat, vtque tantum ministerium ordinate fiat. Quando vero hæc omisio sit peccatum veniale, quando vero mortale, ex materia grauitate, & ex contemptu, vel negligentia, iudicandum est. In quo imprimis notare oportet: aliud esse mutilare ordinem Missæ, omitendo aliquid eorum, quæ dicenda sunt: aliud vero dicere Missam alterius diei, seu de alia re, quam in Missali præscribatur. In posteriori mutatione non semper est culpa, dummodo in ea Missa, quæ dicitur, integer ritus seruetur, quia tunc reuera in rigore non præmittitur ritus dicendi Missam: neque videtur esse latum præceptum proprie & in rigore de Missa dicenda, de feria aut de festo: nam, cum sacerdos absolute non teneatur hodie, verbi gratia, Missam dicere, non est cur obligetur ad dicendam hanc determinate, si Missam vult dicere: quamuis enim non repugnet huiusmodi obligatio, tamen in præsentem, neque ostendi potest, neque est vlla sufficiens necessitas, & causa illius.

In quo est magna differentia inter Missam & diuinum officium: nam ad hoc dicendum tenentur sacerdotes: & ideo mirum non est, quod obligentur ad dicendum singulis diebus illud officium, quod pro vnoquoque signatur: in Missa vero non ita est. Et hoc confirmat consuetudo: nam sine scrupulo solet hoc fieri, etiam à viris timoratis & doctis. Hoc tamen intelligendum est in Missis priuatis, quæ proprio arbitrio voluntarie dicuntur, nam in Missis solemnibus, quæ dicuntur in Parochijs, vel Ecclesijs conuentualibus, maior erit obligatio dicendi Missam diei, iuxta præscriptum Missalis ordinem: argumento cap. Quiddam, & cap. Cum creatura, de celebratione Missæ. Item, quando aliquis ob stipendium, vel capellaniæ institutionem, vel ob aliam similem causam obligatur ad specialem Missam dicendam, debet, si commode potest, præscriptam obligationem implere: quamuis, si absque scandalo id omittat, vt Missalis ordinem seruet, non peccabit: imò, si propter solemnem festum id faciat: melius faciet. Denique, in vniuersum loquendo, optimum consilium est, non præmittere, etiam in hoc Missalis ordinem, absque rationabili causa. Ita fere Syluest. verbo, Missa. quæst. 1. 4. 7. 8. & 10. Soto, distinctione 13. quæstione 2. articulo. 1. in fine. Nauar. capit. 21. num. 7. Vict. in Summa. n. 95. At vero in priori defectu, qui est per omissionem alicuius partis pertinentis ad integrum ritum Missæ, semper intercedit aliqua culpa, nisi, vel ob inaduertentiam naturalem, & inuoluntariam excusetur vel materia sit adeo leuis, & tam rationabilis causa intercedat, illam omittendi, vt prudenter iudicetur ad excusandum sufficiens. Priorem partem probant, quæ in conclusione adducta sunt: consuetudo etiam Ecclesiæ eam confirmat. Ex qua, & ex institutione Ecclesiæ, constat, totum Missæ officium esse actionem sacram, moraliter vnam, miro ac religioso artificio ex varijs partibus compositam: eam ergo mutilare, per se loquendo, indecens est, & irreligiousum: est ergo aliqua culpa, mortalis quidem, si notabilis pars omittatur, vt v. g. Epistola, & euangelium, vel alia similis, quæ sunt veluti membra principalia, vt sic dicam, vnius corporis heterogenei: si vero, quod omittitur, sit aliquid leue, erit peccatum veniale. Sunt autem, qui censent, in ca-

none vel minimum verbum omittere, esse mortale peccatum, si intercedat culpabilis negligentia. Sed quamuis ea, quæ dicuntur in Missa necesse sunt, & quæ ad canonem pertinent, sub obligationem strictiorem cadere videantur: quia, & propinquiora sunt sacrificio, & antiquiori ac sacratori lege sunt sancita, iuxta communem Ecclesiæ sensum, nihilominus tamen non video, cur etiam in his ex leuitate materiæ non possit veniale peccatum intercedere, cum non sit hic maior ratio, quam in multis alijs præceptis religionis, vt in materia voti, & similibus. Item, in his potest intercedere, peccatum veniale ex ineliberatione, & commoda excusatio ex totali inaduertentia, vt in prima exceptione dixi, quæ per se nota est: ergo etiam poterit ex leuitate materiæ, esse veniale peccatum: vt si, verbi gratia, vnum vel aliud nomen alicuius sancti omittatur: vel, si tempore Paschali, verbi gratia, omittantur ea, quæ interponenda sunt in oratione (Communicantes) vel in oratione, (Hancigitur oblationem): vnde secundum exceptionem addidit: quia sunt aliquæ partes vel orationes, non simpliciter necessariae ad vilitatem Missæ integritatem, vt verbi gratia, Symbolum, aut quod dicantur in collectis vna vel duæ commemorationes, vel orationes, & harum partium omisio facilius potest à culpa mortali excusari, quia reuera non proprie mutilatur tunc Missa, vel sacra actio: & ideo etiam accedere potest: vt, si ex aliqua urgente causa aliquid huiusmodi sine irreuerentia omittatur, nulla propterea culpa incurritur. Sed quæri poterit, an, si quis ex obliuione naturali aliquid in Missa omittat, verbi gratia, Gloria, aut Credo, postquam vero aliquantum progressus est, recordetur, an, inquam, debeat repetere, quæ omisit? Responderetur, regulariter non esse necessarium, vt notat Syluest. verbo Missa. 1. quæst. 4. §. 4. & 5. quia moraliter id non potest fieri commode, & omnia, quæ in Missa dicuntur, ita sunt ordinata, vt, variato ordine, & extra propria loca, (vita dicam) constituta, non recte coherant, supponimus autem, quæ omittuntur, non esse de substantia sacrificij: nam, si huiusmodi sunt, semper sunt repetenda.

Dico secundo. Etiam tenetur sacerdos non addere ex propria deuotione nouas preces, aut alia verba, præter ea, quæ iuxta ritum Ecclesiæ præscripta sunt. Hoc expressius cautum est Ecclesiæ constitutionibus: nam Pius Quintus, post citata verba. Mandantes, & strictè omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes. subdit: ne in Missæ celebratione alias ceremonias vel preces, quam quæ in hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumat, & Conc. Trident. sess. 22. cap. de obseruandis in celebratione Missæ, post verba præcepti, illa subdit. Neueritus alios aut alias ceremonias & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesiâ probatæ, ac frequente & laudabili vtu receptæ fuerint. Et iuxta hæc noua decreta moderanda sunt antiqua, quæ est illud Concilij Carthag. III. can. 23. vbi dicitur, vt nemo precibus aliunde descriptis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit: & q. additur in Conc. Mileuit. cap. 12. scilicet, huiusmodi preces debere esse à prudentibus tractatas, & in Concilio vel Synodo approbatas: iam enim Pontifices Ecclesiæ certum statuerunt ordinem, cui nihil addere licet. In quo, ex genere suo, maior est culpa, quæ in priori defectu: tum quia commissio ex suo genere grauior est, quam omisio: tum etiam, quia hoc genus peccati ex se est magis expositum periculo superstitionis & erroris, & ideo expressè ac grauius in citatis locis hoc prohibetur. Item, quia in hoc quodammodo vituperatur Ecclesiæ, potestas: ad quæ pertinet, in his ponere debitum ordinem & modum. Quapropter in hoc genere peccandi facillime erit culpa grauis, si materia sit alicuius momenti. Atque ita sentiunt Syluest. verbo,

Notabilia.

Magna differentia inter Missam & diuinum officium assignatur.

verbo, Missa i. qu. 2. & 3. Soto, dist. 13, qu. 2. ar. 4. & alij Summistae, & Doctores. Sed hoc maxime verum est, si in his, quae publice dicuntur, haec addito fiat, quamuis etiam neq; secrete facienda sit: nam, si addantur ipsi officio Missae, procedunt omnia dicta: si vero sacerdos non intendat aliquid addere officio Missae, sed, ut priuata persona, & eo tempore priuata aliquam deuotionem secrete recitare, non peccabit quidem directe contra praedictum praecipuum, male tamen & imprudenter faciet, sacrum ministerium priuatis precibus omnino ab illo distinctis interrompendo.

ARTICVLVS V.

Verum ea, quae in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod ea, quae in celebratione huius sacramenti aguntur, non sint conuenientia. Hoc enim sacramentum ad nouum testamentum pertinet, ut ex forma ipsius apparet. In nouo autem testamento non sunt obseruanda caeremonia veteris testamenti, ad quas pertinebat, quod sacerdos & ministri aqua lauabatur, quando accedebant ad offerendum: legitur enim Exod. 30. Lauabant Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij. & quando accessuri sunt ad altare. Non est ergo conueniens, ut sacerdos lauet manus suas inter Missarum solemniam.

2. Præterea, ibidem Dominus mandauit, ut Aaron adoleret incensum suauem fragrans super altare, quod erat ante Propitiatorium. Quod etiam pertinebat ad caeremonias veteris testamenti. Inconuenienter ergo in Missa sacerdos thurificatione utitur.

3. Præterea, Ea, quae in sacramentis Ecclesiae aguntur, non sunt iteranda. Inconuenienter igitur Sacerdos multoties iterat cruce signationes super hoc sacramentum.

4. Præterea, Apostolus dicit, ad Hebraeos 7. Sine ulla contradictione, quod minus est a maiori benedicitur. Sed Christus, qui est in hoc sacramento post consecrationem, est multo maior sacerdote. Inconuenienter igitur sacerdos post consecrationem benedicit hoc sacramentum cruce signando.

5. Præterea, in sacramento Ecclesiae nihil debet fieri: quod ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum, gestulationes facere: ad quas pertinere videtur, quod sacerdos quandoq; brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & se ipsum inclinat. Ergo haec non debent fieri in hoc sacramento.

6. Præterea, Ridiculosum etiam videtur, quod sacerdos multoties se ad populum vertit, & multoties populum salutat. Non ergo debent haec fieri in celebratione huius sacramenti.

7. Præterea, Apostolus 1. ad Cor. 1. pro inconuenienti habet, quod Christus diuisus sit. Sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento: inconuenienter ergo hostia frangitur a sacerdote.

8. Præterea, Ea, quae in hoc sacramento aguntur, passionem Christi representant. Sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinq; vulnerum. Ergo corpus Christi in quinque partes frangi debet magis quam in tres.

9. Præterea, Totum corpus Christi in hoc sacramento seorsum consecratur a sanguine. Inconuenienter ergo vna pars eius sanguini miscetur.

10. Præterea, Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramento ut cibis, ita & sanguis Christi ut potus. Sed sumptioni corporis Christi non adiungitur in celebratione Missae alius corporalis cibis. Inconuenienter igitur sacerdos post sumptionem sanguinis Christi vinum non consecratum sumit.

11. Præterea, Veritas debet respondere figura. Sed de agno Paschali, qui fuit figura huius sacramenti, mandatur, ut non remaneret ex eo quicquam in vase mane. Inconuenienter igitur hostia consecratae referuantur, & non statim sumuntur.

Fr. Suarez. Tom. 3.

12. Præterea, Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, cum dicit: Dominus vobiscum & gratias agamus. Sed inconueniens videtur pluraliter loqui vni soli, & maxime minori. Ergo inconueniens videtur, ut sacerdos, vno tantum ministro praesente, celebret Missam. Sic igitur videtur, quod inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti.

Sed in contrarium est Ecclesiae consuetudo, quae errare non potest utpote Spiritu sancto instructa.

Respondendo dicendum, quod (sicut supra dictum est) in q. 66. ar. 5. sacramentis dupliciter aliquid significatur, scilicet, verbis & factis, ad hoc, ut sit perfectior significatio. Significantur autem verbis in celebratione huius sacramenti, quaedam pertinentia ad passionem Christi, quae representatur in hoc sacramento: vel etiam ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento: & quaedam pertinentia ad vsum huius sacramenti, qui debet esse cum deuotione & reuerentia. Et ideo in celebratione huius mysterij quaedam aguntur ad representandam passionem Christi, vel etiam ad dispositionem corporis mystici & quaedam aguntur pertinentia ad deuotionem & reuerentiam huius sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quod ablutio manuum fit in celebratione Missae propter reuerentiam huius sacramenti. Et hoc dupliciter. Primo quidem, quia aliqua pretiosa tractare non consueuimus nisi manibus ablutis, unde indecens videtur, ut ad tantum sacramentum aliquis accedat, manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo propter significationem, quia ut Dionysius dicit 3. Eccles. Hier. extremitatum ablutio significat emundationem etiam a minimis peccatis: secundum illud Ioann. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Et talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc sacramentum. Quod etiam significatur per confessionem, quae fit ante introitum Missae. Et hoc quidem significabat ablutio sacerdotum in veteri lege, ut ibidem Dionysius dicit. Nec tamen Ecclesia hoc seruat, tanquam caeremoniale veteris legis praecipuum, sed quasi ab Ecclesia institutum, sicut quiddam secundum se conueniens. Et ideo non eodem modo obseruatur, sicut tunc praetermittitur enim pedum ablutio, & seruatur ablutio manuum, quae potest fieri magis in promptu: & quae sufficit ad significandam perfectam emundationem. Cum enim manus sit organum organorum (ut dicitur tertio de anima) omnia opera attribuantur manibus, unde in Psalm. 23. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

c. 3. Ecc. hier. à med. illius.

Eodem loco nunc dicitur.

Li. 3. rex 38. num. 2.

Ad secundum dicendum, quod etiam thurificatione non vitimur, quasi caeremoniale praecipuum legis, sed sicut Ecclesia statuit. Vnde non eodem modo vitimur, sicut in lege veteri erat statutum, pertinet autem ad duo. Primo quidem ad reuerentiam huius sacramenti, ut, scilicet, per bonum odorem depellatur, si quid corporaliter prauis odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Secundo pertinet ad representandum effectum gratiae, quae sicut bono odore, Christus plenus fuit (secundum illud Genes. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni) & a Christo deriuatur ad fideles, officio ministrorum, secundum illud 2. Corinth. 2. Odorem notitiae suae spargit per nos in omni loco. Et ideo vndique thurificatio altari, per quod Christus designatur, thurificatur omnes per ordinem.

De thurificatione.

Ad tertium dicendum, quod sacerdos in celebratione Missae utitur cruce signatione, ad exprimendam passionem Christi, quae ad crucem est terminata. Est autem passio Christi quibusdam quasi gradibus peracta. Nam primo fuit Christi traditio, quae facta est a Deo, Iuda, & Iudeis, quod significat trina cruce signatio, super illa verba: Haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata. Secundo fuit Christi venditio, est autem venditio Sacerdotibus, Scribis, & Pharisaeis. Ad quod significandum fit iterum trina cruce signatio super illa verba: Benediclam, adscriptam, ratam. Vel ad ostendendum pretium venditionis, scilicet, triginta dena.

De cruce varia in Missa significatio.